UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Honestate Canonicorvm, Et Aliorvm Ecclesiasticorvm Specvlvm

Langhe-Cruys, Johan

Duaci, 1587

Libri secundi capitum argumenta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63733

Visual Library

SPECVLI

CANONICORV[M]

ET ALIORVM ECCLES[IA-] STICORVM, DE VITA, ET [HO-] NESTATE, QVAM IPSI HA[BENT]

gestu, ſobrietate, beneficentia, charitate, ali[is]
tutibus his connexis conſequuntur, & illuſt[r]
de vitijs illis contrariis quibus eandem macu[l]
extinguunt, & peſſundant,

LIBER SECVNDVS.

De rebus quibuſdam ad ho[ne]ſtatem clericorum reg[]
& primùm de tonſura ſeu corona eorundem.

CAPVT PRIMVM.

CVM clericorum honeſtas nón ta[ntum]
ſermone, de quo hactenus, veru[m]
aliis in rebus conſiſtat, de hiſce nu[nc]
conſtituimus, & primùm de tonſ[ura eo-]
rundem: Siquidem per eam regia d[ignitas]
declaratur, quæ & ob hoc corona [dici-]
tur[a]. Clerici namque, vt D. Hieronymus inqui[t]
Deus in ſuos elegit, ſunt Reges, id eſt, ſe, & alios
tutibus regentes; & ita in Deo regnum habent;
deſignat corona in capite. Hanc autem coronam
ab inſtitutione Romanæ Eccleſiæ in ſignum regn[i]
in Chriſto expectatur. Raſio verò capitis, eſt te[mpora-]
lium omnium depoſitio. Vel, vt B. Dionyſius Ar[eopa-]
gita inquit[c], Tonſura crinium vitam mundiſſim[am]
dicat, & nulla figura fucatam; & quæ nullis fict[is]

a c. clerici. de vita et honeſt. cleric.
b in c. duo ſunt. 12. q. 1:
Corona ſeu tõſura clericorũ quid deſignet. vide gloſ. not. in cle. 2. de vita & hon.
c lib. de eccleſ. hierarch. cap. 6. part. 3.

ribus inductis animi deformitatem exornet: ſed ipſa in ſeipſa non humanis venuſtatibus, ſed ſingularibus, & vnicis, ad Dei exactiſſimam ſimilitudinem properet. Quod verò D. Petrus Apoſtolus fideli populo tribuit a: Vos genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta: peculiari quadam, & magis propria ratione ad eccleſiaſticos miniſtros pertinere facilè intelligitur: Etſi non deſunt, qui vel perfectioris vitę profeſſionem à clericis ſuſceptam circuli figura, quæ omnium perfectiſſima eſt, ſignificari exiſtiment; vel externarũ rerum contemptionem, animique ab omnibus humanis curis vacuitatem declarari putent; quod capilli, ſuperuacaneum quiddam in corpore, tondeantur. Primum autem omnium ferunt nonnulli[b], Apoſtolorum Principem eam cõſuetudinem induxiſſe, ad memoriam coronę, quæ ex ſpinis contexta Saluatoris noſtri capiti fuit impoſita; vt quod impij ad Chriſti ignominiam, & cruciatum excogitarunt, eo Apoſtoli ad decus, & gloriam vterentur; ſimulque ſignificarent curandum eſſe à miniſtris eccleſiæ, vt omnibus in rebus Chriſti Domini noſtri ſpeciem, & figuram gerant. Quocirca perpetuò illam conſeruare oportet; & vt quiſque in altari deinceps ordinis gradu collocatur, ſic eius orbis forma latius circumſcribi debet.

Quod quidem ex Apoſtolica traditione acceptum eſſe docet Eccleſia; cùm de huiuſmodi tondendi more ſancti Dionyſius Areopagita[c], Auguſtinus[d], Hieronymus[e], vetuſtiſſimi & grauiſſimi Patres meminerint[f]. Et à diuerſis Pontificibus, atque conciliis variæ conſtitutiones deſuper promanarint. Anicetus enim Papa Epiſcopis Galliæ ſcribens[g]: Prohibete, inquit, fratres, per vniuerſas regionum veſtrarum eccleſias, vt clerici iuxta Apoſtolum comam non nutriant, ſed deſuper caput in modum ſphęræ radant. Et Martinus Papa[h]: Non oportet clericos comam nutrire, & ſic miniſtrare; ſed attonſo capite, auribus patentibus, & ſecundum Aaron talarem veſtem induere, vt ſint in habitu ornato. Item Gregorius[i]: Si quis ex clericis relaxauerit comã, anathema ſit. Alexander verò tertius Papa: Clerici, qui comam nutriunt, & barbam, etiam inuiti à ſuis Archidiaconis tondeantur[k]. Et Innocentius tertius[l]: Clerici comam & tonſuram

a 1. Petr. 2. cap.
b *Amal. Fort. de offic. eccleſ. lib. 2. cap. 5. lib. 4. cap. 39. & Beda de hiſt. Ang. lib. 5. cap. 22. Iſidor. de eccleſ. off. lib. 2. cap. 4. & Albin Flac. in lib. de diuin. off. tit. de tonſ. cleric. Raban. Maur. de inſtit. cler. lib. 1. cap. 3. Iuo Carnot. in ſerm. de excell. ſacr. ord. & 6. part. decret. cap. 4.*
c *lib. de eccleſ. hierar. cap. 6. part. 3.*
d *lib. de opere monacho. cap. 31. & lib. 2. retractatio. cap. 21.*
e *in d. c. duo ſunt.*
f *Catechiſ. Syn. Trid. de ſacram. ord. & Hoſtien. in ſum. de vita et honeſt. cler.*
g *c. prohibete. diſt. 23.*
h *c. non liceat. diſt. 23.*
i *c. ſi quis. d. diſt. 23. & c. ſi quis. de vita & hon. cleric.*
k *c. clericus. de vita et honeſt. cler.*
l *c. clerici off[...]a. de vit. & hon. cler.*

habeant congruentem , & ſe in officiis eccleſiaſtic
aliis bonis ſtudiis exerceant diligenter. In concilio
Carthaginenſi quarto, cui D. Auguſtinus interfuit,
ricus nec comã nutriat, nec barbam. Et in concilio
thenſi[b]: Clerici, qui comam nutriunt, ab Archidia
etiam ſi noluerint, inuiti tondeantur, veſtimenta
vel calceamenta eis, niſi quæ religionem deceant,
habere non liceat. Item in concilio Senonenſi[c]: Iſ
rici in ſacris præſertim conſtituti, & eorum comm
les, neque comam relaxent, aut barbam nutriant; ſed
ſuram, coronam, ſeu raſuram habeant ſecundum
ſuum honeſtè raſam. In concilio verò Coloniẽſi[d]
ſtitutionem fel. record. D. Gregorij Papæ noni, &
in concilio Carthaginenſi editam, in quibus ſub ex
municationis pœna prohibetur clericis, ne nutria
mam & barbam, niſi ex iuſta cauſa, exequentes,
uiolabiliter præcipimus obſeruari: ſtatuta quoque
data, & præcepta piæ memoriæ Do. Henrici, D.
rami , necnon D. Guilhelmi Archiepiſcoporum
nienſium prædeceſſorum noſtrorũ edita, contra
qui coronam ſeu tonſuram eccleſiaſticas debita
ſtatus, & ordinis recepti exigentiã non deferunt,
& comas nutriunt ſine cauſa iuſta portando : qu
effectu cauetur inter cætera in ordinatione vide
ſtatuto dicti D. Henrici, quod clerici beneficiati
eccleſiaſticam ſecundum ſui ſtatus, & ordinis exig
decenter, & patiẽter, ac publicè in capite aſſiduè p
negligentes , interdicti ſententiam ab ingreſſu ec
(quindecim dierum canonica monitione præmiſſ
current. In ordinatione verò, ſtatuto, & mandato
rum D. VValrami & Guilhelmi (qui huiuſmodi
ſuſpẽſionis ab ingreſſu eccleſiæ , quam etiam ad cl
barbas gerentes extenderunt, pœnam ſubſcriptam
derunt) cauetur; quod clericus barbam nutriẽs ſine
iuſta , eamque deferens vltra quindenam non ab
nec coronam ſeu tonſurã ſtatui & ordini ſuo cong
tem portans publicè in capite , & propter hoc p
ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ inciderit ſuprad
à fructibus ſuorum beneficiorum ſit eo ipſo ſuſp
& ſi ſic ſuſpenſus exiſtens quicquam de fructibus

a cap. 44. & in c. clericus neque. de vit. & hon. cleric.
b cap. 20. c. clerici qui. diſt. 23
c de decret. mor. cap. 24.
d celebr. ſub Frider. Archiep. cap. 5.
Interdicti ſententia decernitur contra non gerentes tonſuram.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

modi receperit, aut quiſquam ei aliquid miniſtrauerit tam recipiens, quàm miniſtrans eo ipſo ſe nouerit excommunicationis ſententiam incidiſſe. Et capitulum eccleſiæ, ſi collegiata fuerit, ſuſpenſionis, ſi in culpa extiterit, vel negligentia; vel adminiſtrationem huiuſmodi factam gratam, & ratam habuerit, & ipſa eccleſia interdicti ſententias incurrant ipſo facto. Idemque D. Guilhelmus per ſuum poſtmodum ſtatutum tales non deferentes tonſuram clericalem ipſo facto ſuſpendit. Nos igitur præſentibus innouantes mandamus, & præcipimus inuiolabiliter obſeruari ipſas ſententias ex abundanti repetentes, quas dicta monitione canonica præmiſſa in non parentes, & rebelles ferimus in his ſcriptis.

Quare SS. Tridentina Synodus [a] animaduertẽs apud plurimos clericos adeo pietatem refrixiſſe, vt tonſuram ſeu coronam geſtent, nõ propter rei ſignificatæ præſtantiam, & excellentiam, ſed potius propter fori, & temporalis commodi priuilegium; ſtatuit, & ſanxit; vt nullus prima tonſura initiatus fori priuilegio gaudeat, niſi beneficium eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui eccleſiæ ex mãdato Epiſcopi inſeruiat, vel in ſeminario clericorum, aut in aliqua ſchola, vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſetur. In clericis verò coniugatis ſeruari voluit conſtitutionem Bonifacij octaui, quæ incipit: Clerici, qui cum vnicis; modo hi clerici alicuius eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputati eidem eccleſiæ ſeruiant, vel miniſtrent, & clericali habitu, & tonſura vtantur: nemini quo ad hoc, priuilegio, vel conſuetudine etiam immemorabili ſuffragante. Bonifacij octaui de clericis coniugatis conſtitutio in 6. à SS. Tridentina Synodo renouata hæc eſt:

a ſeſſ. 23. de reform. cap. 6.

Qui clerici fori priuilegio nunc gaudeãt.

Clerici, qui cùm vnicis & virginibus contraxerunt, ſi tonſuram, & veſtes deferant clericales priuilegium retineant canonis ab Innocentio Papa ſecundo prædeceſſore noſtro editi in fauorem totius ordinis clericalis. Et cùm iuxta Pariſienſe concilium nullus clericus diſtringi, aut condemnari debeat: à iudice ſeculari,

Clericus cõiugatus quando fori priuilegio gaudeat.

præſenti declaramus edicto, huiuſmodi clericos m
gatos pro commiſſis ab eis exceſſibus, vel delictis
non poſſe criminaliter, aut ciuiliter ad iudiciũ ſecu
nec ab ipſis ſecularibus iudicibus eos debere perſo
ter, vel etiam pecuniariter (ne per vnam viam cõce
eiſdem iudicibus, quod per aliam denegatur) vllo
condemnari. In cæteris autem, vel niſi, vt præmit
tonſuram, vel veſtes deferant clericales, etiam in p
miſſis eos gaudere nolumus priuilegio clericali.

Canon autem prædictũ priuilegium continens a
nocentio ſecundo editus hic eſt: Si quis ſuadẽte dia
huius ſacrilegij vitium, vel crimen incurrerit, quo
clericum, vel monachum violẽtas manus iniecerit, a
thematis vinculo ſubiaceat, & nullus Epiſcoporum
præſumat abſoluere, niſi mortis vrgente periculo, d
Apoſtolico conſpectui præſentetur, & eius mand
ſuſcipiat.[a]

a c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.

Pius verò quintus omnibus & ſingulis ſacris or
bus initiatis, aut quæcumq; beneficia eccleſiaſtica
ſimplicia obtinẽtibus cuiuſcumque gradus, aut di
tis ſint, præcepit, vt clericalem tonſuram (quæ eſt m
ſpiritualis inſigne) vniuſcuiuſque ordini, & gradu c
uenientem perſpicuè gerant, ſub pœna viginti qu
aureorum locis piis attribuendorum: Et eiuſdem p
periculo omnibus clericis aliiſve aliquo inferiorum
dinum gradu initiatis edixit, ſi clericalibus veſtib
voluerint, vt tonſuram quoque gerant. Et in co
prouinciali Mechlinienſi ſtatutum fuit[b]: Nulli cleri
omnium autem minimè hi, qui in eccleſia actu m
ſtrant, barbam nutriant, & capillitiũ dependens à f
ad auriculas ſenſim & rotũditer præcidatur. Ton
& coronam in vertice conſpicuam, & notabilis m
tudinis pro gradu ordinis ſui ſemper gerant.

Tõſura eſt militiæ ſpiritualis inſigne.

Tonſuram non gerentes mulctandi ſunt 25 aureis.

b de vita & hon. cler. cap. 1.

De veſtitu & habitu clericorum. CAP. II.

AD veram honeſtatem acquirendam, & tue
plus conferre cultum cordis, quàm corpori
illo potius quàm hoc Deum quærendum, &
lendum eſſe euidentibus ſcripturæ ſanctæ patet ind
Proinde ſecundum ſanctæ Synodi Aquiſgranẽſis p

dec

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

declarationem, & ordinationem[a] Canonicis totis viri- *a cap.124.*
bus elaborandum eſt, vt & indumenta virtutum habeãt
interius, & per immoderatum cultum caueant dehone-
ſtare religionis dignitatem exterius. Quantum etiam à
ſuperfluo, & immoderato cultu veſtium ſe compeſcere
debeant, multis ſanctorum Patrum documentis perdo-
ceri poteſt. Dicit enim B. Hieronymus in epiſtola ad Eu-
ſtochium[b]: Sunt quidã mei ordinis, quibus omnis cura *b epiſtola 22.*
eſt de veſtibus, ſi bene oleant, ſi pes, laxa pelle, nõ folleat,
crines calamiſtri veſtigio rotantur, digiti de annulis ra-
diant; & ne plantas humidior via ſpargat, vix imprimũt
ſumma veſtigia. Tales, inquit, cùm videris, ſponſos ma-
gis exiſtimato, quàm clericos. Et B. Gregorius[c]: Nemo, *c Hom. 6. in euang.*
inquit, exiſtimet in luxu, atque ſtudio veſtium peccatum *In pretioſo ve-*
deeſſe. Quia ſi hoc culpa non eſſet, nullo modo Ioannem *ſtitu non deeſt*
Dominus de veſtimẽti ſui aſperitate laudaſſet. Si cultus *peccatum.*
veſtium culpa non eſſet, nequaquam Petrus Apoſtolus
per epiſtolam fœminas à pretioſarum veſtium appetitu
compeſceret, dicens[d]: Non in veſte pretioſa. Penſandum *d epiſt. 1. cap. 3.*
nobis ſummoperè eſt de cultu veſtium, quæ culpa ſit, hoc
etiam viros appetere, à quo curauit Paſtor Eccleſiæ &
fœminas prohibere.

Quapropter oportet Canonicos ſanctarum ſcriptura- *A clericis ſua*
rum auctoritati parere, ſanctorumque Patrũ documen- *demonſtranda*
ta vigilanter perpendere, vt humilitatem, quam corde *humilitas.*
geſtant, actu, habitu, inceſſu, ipſa etiam equitatione reli-
gioſiſſimè demonſtrent, pluſque velint ſancta conuerſa-
tione, eximiiſque moribus, quàm ornatu veſtium ſplen-
dere. Si enim more coniugatorum in ſe ornandis nitore
veſtium, phaleris equorum, cæteriſq; humanæ vanitatis
rebus abuſi fuerint, ſcilicet, vt ſe ſimilibus vti debere cõ-
tendant, in quo eorum conuerſatio à laicorum diſtare
videbitur? Decet porrò talis ſit veſter cultus, qui occaſio- *Cultus Cano-*
ne vanitatis careat, & nihil nouitatis, nihil ſuperfluitatis *nicorum omni*
redoleat, nihilque reprehẽſionis, aut detractionis habeat. *reprehenſione*
Non enim ſpecialiter præſumi debet ab aliquo, quod nõ *carere debet.*
generaliter teneatur ab omnibus, id eſt, nec plus iuſto
cultior veſtis, nec inſolita aut deformis; quia in vtroque *Virtus diſcre-*
illorum aut electionis, aut certè ſimulationis noxa pa- *tionis in veſti-*
teſcet. Inter vtrumque enim virtus diſcretionis modera- *tu à canonicis*
tenenda.

tiſſimè tenenda eſt. Quæ pleniſſimè in vita B. Aug
a in Poſſidon. cap. 22. in laudem illius prolata ita legitur [a]: Veſtis eius, &
ceamenta, vel lectualia ex moderato & compet
bitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurim
quibus plerique vel iactare ſe inſolenter homines ſo
vel abijcere, ex vtroque non quæ IESV Chriſti, ſe
ſua ſunt quærentes. At iſte (vt dixi) medium tene
que ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinās. Quo
D. Hieronymus ad Nepotianum de vita clericor
bens: Veſtes, inquit, pullas æquè deuita, vt can
Ornatus & ſordes pari modo fugiendæ ſint: quia
delicias, alterum gloriam redolet. Ruſſus idem ad
ſtochium: Veſtis, ait, nec ſatis munda, nec ſord
nulla diuerſitate notabilis, ne ad te obuium præ
tium turba conſiſtat, & digito mōſtreris. Siquide
affectatæ ſordes, nec exquiſitæ munditiæ conu
Chriſtiano. Cæterum, quod feſtis diebus nitidio
ſtitu induamur, & prodeamus, id, cenſore D. Leo
b ſerm. 3. de quadrag. gno [b], rationabile, & quodammodo religioſum vi
vt habitu corporis hilaritatem mentis oſtendamu
ipſam quoque orationis domum propenſiore tunc
& ampliore cultu, quantum poſſumus, adornamu
huiuſmodi contemplatione, anima Chriſtiana, qu
rum viuumque Dei templum eſt, ſpeciem ſuam pr
ter exornet; & redemptionis ſuæ celebratura ſacra
tum, omni circumſpectione præcaueat, ne vlla ca
cula iniquitatis obfuſcet, aut duplicis cordis ruga
coret. Nam quid prodeſt honeſtatis formam præ
cultus exterior, ſi interiora hominis aliquorum ſo
contaminatione vitiorum? Omnia igitur quæ anim
ritatem & ſpeculum mentis obnubilant abſtergend
dulò, & quadam elimatione radenda ſunt. Qui
mortali carne circundamur, non deſinit nobis anti
hoſtis laqueos peccati vbique prætendere, & tunc m
mè aduerſus Chriſti membra ſæuire, quando ab eis
celebranda ſacratiora myſteria, ſolet.

c lib. 3. de conſiderat. Superior ſtatuere nō debet, niſi quod obſeruari velit.

D. verò Bernardus Eugenio Pontifici ſcribens [c]; N
ne, inquit, os tuum in Remēſi concilio ſubiecta cap
promulgauit? quis ea tenet? quis tenuit? falleris ſi te
putas: Si non putas; ipſe peccaſti; aut ſtatuens, quæ

tenerentur;aut quod non tenerentur diſſimulans. Præci-
pimus, aiſti, vt tam Epiſcopi, quàm clerici, neque in ſu-
perfluitate ſeu inhoneſta varietate colorum, aut fiſſura
veſtium, neque in tonſura intuentium (quorum forma &
exemplum eſſe debent) offendant aſpectum: ſed potius
ita in ſuis actibus errata condemnent, & amorem inno-
centiæ conuerſatione demonſtrent, ſicut dignitas exigit
ordinis clericorum. Quodſi moniti ab Epiſcopis ſuis in-
tra quadraginta dies non obtemperauerint, eccleſiaſticis
beneficiis eorundem Pontificum auctoritate priuentur.
Epiſcopi verò ſi præfixam pœnā irrogare neglexerint,
quia inferiorum culpæ ad nullos magis referendæ ſunt,
quàm ad deſides negligenteſq; Rectores) tamdiu ab of-
ficio pontificali abſtineant, donec pœnam à nobis con-
ſtitutam clericis ſibi ſubiectis imponant. Verba tua hæc
tu ſanxiſti; quid effectui mancipatum? Luxus veſtium
interdictus, ſed non reſtrictus; pœna dictata, ſed minimè
ſecuta eſt. Iam quartus annus eſt, ex quo datum mandatū
audiuimus, & neminem adhuc clericorū priuatum be-
neficio; neminem Epiſcoporū ſuſpenſum ab officio luxi-
mus. At luctu amariſſimo dignum, quod ſecutum eſt.
Quid hoc? Impunitas incuriæ ſoboles, inſolentiæ mater,
radix impudentiæ, tranſgreſſionum nutrix. Et beatus, ſi
omni ſatagas cura malorum omnium primam paren-
tem cauere incuriam. Sed ad hoc tu operam dabis. Et
nunc leua oculos tuos, & vide, ſi non æquè vt prius pel-
licula diſcolor ſacrum ordinem decolorat; ſi nō, vt prius
fiſſura enormis penè inguuia nudat? Solent dicere: Num
de veſtibus cura eſt Deo, & non magis de moribus? At
forma hæc veſtium deformitatis mentium, & morum
indicium eſt. Quid ſibi vult, quod clerici aliud eſſe, aliud
videri volunt? Id quidem minus caſtum, minuſque ſince-
rum. Nempe habitu milites, quæſtu clericos, actu neutrū
exhibent. Nam neque vt milites pugnāt, neque vt clerici
euangelizant. Cuius ordinis ſunt? Cum vtriuſq; eſſe cu-
piunt, vtrumque deſerunt, vtrūque confundūt. Vnuſquiſ-
que, inquit [a], in ſuo ordine reſurget; Iſti in quo? An qui ſi-
ne ordine peccauerūt, ſine ordine peribūt? Aut ſi ſummè
ſapiens Deus creditur veraciter à ſummo vſq; deorſum
nihil inordinatū relinquere, vereor nō alibi ordinandos,

Clerici intuentium debēt eſſe forma & exēplum.

Inferiorū culpæ quibus imputandæ ſint.

Impunitas, & incuria omnibus rectoribus ſtudioſè cauēda eſt.

Forma veſtiū mētis, & morū indiciū eſt. Clerici aliud eſſe, aliud videri volunt.

a 1. Corint. 14.

Clerici mali, quo loco conſtituendi.

quàm vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inha
O miſerandam ſponſam talibus creditam paranym
qui aſſignata cultui eius, proprio retinere quæſtu
verentur. Non amici profectò ſponſi, ſed æmuli ſu

a cap. 5.

In concilio verò Matiſconenſi primo ſancitum
vt nullus clericus ſagum, aut veſtitum, aut calcea
ſecularia, niſi quod religionẽ deceat, induere præ

Pœna clericorũ indecentem habitum geſtantium.

Quodſi poſt hanc definitionem clericus aut cum i
centi veſte, aut cum armis inuentus fuerit, à ſenio
coërceatur, vt triginta dierum incluſione detentus
tantum & modico pane diebus ſingulis ſuſtentetur
concilio verò Conſtantienſi hæc contra veſtitum
corum ſanctio legitur[b]: Inter cæteros Prælatorũ, &

b cap. 15.

ricorum exceſſus hoc maximè inoleuit, quod ſpre

Clerici in veſtitu laicis, cõformari cupiunt.

veſtibus eccleſiaſtica forma honeſtatis, plurimi de
tur eſſe deformes, & cupiunt laicis cõformari, qu
mente gerunt, habitu confitentur. Vnde prætere
quæ circa veſtes, tonſuram, & habitus clericorum
in formis, quàm in coloribus; atq; comam, ſeu ca
vitamque & honeſtatem clericorũ iura ſtatuunt, d
nimium collapſa ſunt, tam in ſecularibus, quàm in
laribus ſacro approbante concilio innouamus, & p
pimus diligenter obſeruari, illum ſpecialiter abuſu
dem approbante concilio decernimus penitus abole
quod in quibuſdam partibus nonnulli clerici, & pe

Tollitur abuſus longarum manicarum.

eccleſiaſticæ ſeculares, & regulares, etiam, quod n
execramur, Prelati eccleſiarum manicas ad cubitum
dentes, & longas cum magna ſumptuoſa ſuperfl
veſtes etiam fiſſas retrò, & in lateribus cum fodr
vltra oram excedentibus, etiam in fiſſuris deferun
cum talibus in Eccleſiis cum ſuperpelliceis, ac aliis
bus ad cultum, & officium eccleſiaſticum ordinatis
intra eccleſias ipſas, in quibus beneficiati exiſtunt,
verentur diuinis officiis intereſſe. Hanc veſtium de
mitatem, in quibuſcumque perſonis eccleſiaſticis re
bamus; ac vſum talium inhibemus. Contrarium a
facientes, vt tranſgreſſores canonum puniantur: Spe

Pœna longas manicas geſtãtium in eccleſia.

liter ſtatuentes, vt quicumque beneficiatus, aut offi
in eccleſia gerens in habitu huiuſmodi diuinis offi
præſumpſerit intereſſe, pro qualibet vice à particip

ne p

ne prouentuum eccleſiaſticorum per menſem nouerit ſe ſuſpenſum, fructuſque illi fabricæ illius Eccleſiæ applicentur.

Auguſtus Cæſar indumentorum ſuperfluitates tãtum habuit odio, vt veſte alia non ſit vſus, quàm domeſtica [a]. Huius dictum erat venuſtiſſimum: Veſtitus inſignis, ac mollis ſuperbiæ vexillum eſt, niduſque luxuriæ. Liſander & Archidamus viri probitatis extremæ, ea indumenta recuſarunt pretioſiſſima, quę Dionyſius Siciliæ tyrannus ad eorum filias miſerat, timentes maximè, ne hiſce deformiores fierent. Ipſe verò Dionyſius adeo exoſam habebat in veſtitu luxuriam, vt malefactoribus, qui ſuppliciis afficiendi erant, ignoſceret, ſi veſtium fures eſſent, quo facilius Siracuſani ab huiuſmodi luxuriis abſtinerẽt; ſicut hæc cõmemorat Stephanus Bellengardus [b]. Theodoſius verò Imperator perpetua conſtitutione ſanxit [c], vt temperent vniuerſi cuiuſcunque ſint ſexus, dignitatis, artis, profeſſionis, & generis, ab huiuſmodi ſpeciei poſſeſſione, quæ ſoli principi eiuſque domui dedicatur: nec pallia tunicaſque domi quis ſericas contexat, aut faciat: alioquin ad ſimilitudinem læſæ maieſtatis periculũ ſuſtinebit. Veſtes autem auratæ, vel purpurei, rubicundi vel violucei coloris principibus dedicatæ cenſentur: Et ſicut prædicta veſtimenta priuatis conficere non licet: ita nec vendendi, vel emendi facultas conceditur. quod ſi contrafecerint, capitis ſupplicio cum fortunarum omniũ ſubijci poſſunt ſecundum iuris ciuilis diſpoſitionem [d]. Porrò intolerabilis videtur etiam quorundam eccleſiaſticorum abuſus, qui ſe ſuaſque veſtes ſtudioſè admodũ odoriferas reddunt. Nam iſta cura, iudicio D. Chryſoſtomi [e], eſt meretriciis amoribus implicatorum, ac perditorum, ſcenicorum, mentiſque deploratę hominũ. Clericos enim non oportet olere vnguentum, ſed ſpirare virtutẽ. Nihil immũdius anima, quoties corpus talem habet fragrantiam. Quia corporis ac veſtium fragrantia, arguit intus latêre animum graueolentẽ & immundum. Quum enim diabolus aggreſſus, deliciis euirauerit animam, omniq; vitiorum genere compleuerit, tum & in corpore ſuæ corruptionis lectum obliuit vnguentis. Quis enim præclarum aliquid, aut bonę frugis opinabitur de eo, qui

a Suetonius in vita eiuſd. cap. 73.

b in volum. ſent. ad verb. veſtimentum, & veſtitus.

c l. temperent. C. de veſtib. oloberis.

d vt patet per ll. & interpretes earũ. d. tit. C. de veſtib. olobe. l. 1. C. quæ res vend. non.

e in oratio. 1. de Lazaro.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſpirat vnguenta? Spiret anima ipſius fragrantia
tualem, quò tum ſibiipſi, tum aliis ſecum vi
maximã adferat vtilitatem. Nihil eſt enim, nihil
quam, deliciis huiuſmodi pernicioſius.

D. Dionyſius Richelius de vita eccleſiaſticor
bens[a]; quanto, inquit, miniſtri eccleſiæ tenentur
cis eſſe honeſtiores, eo debent præ illis eſſe in
ſimpliciores, humiliores, & magis exemplares,
reque debent quod in Eccleſiaſtico legitur[b]: In
ne glorieris vnquam, imo quicquid intuentium
tim fœminarum oculos, & corda poteſt ſcandal
libidinosè mouere, omnẽ videlicet curioſum or
& apparatum pompaticum tenentur omnimod
cauere, cùm non de iis duntaxat, ſed de omni
credente ſancti Patres, Hieronymus, Chryſoſto
teſtentur[c]: Vir aut mulier ſe ornans, & ſuo orn
hominum oculos prouocans, etiamſi nullum
inde ſequatur, tamen ęternum ſupplicium patie
venenum prębuit, ſi fuiſſet, qui biberet. Si hoc ta
tale eſt in vulgaribus, quanto iniquius eſt in m
eccleſiæ, qui pręcipuè obligantur cæteras ædific
ſonas. Cur ergò incedunt tam compti, & culti,
ſæ, prout ait S. Bernardus[d]. Reſpice eminus qu
cedunt ornati, tanquam ſponſus procedens de th
ſuo, vt ſi à longe videris alium quenquam, poti
ſponſam, quam ſponſæ paranymphum. Cert
dum ſanctorum Patrum doctrinam iubentur
veſtitu, ſicut & ſimplici victu, eſſe contenti. P
D. Apoſtolus ait[e]: Nolite conformari huic ſec
renouamini ſpiritu mentis veſtræ.

Canonicus igitur & ſacerdos ab omni curio
pompa, ſuperfluitate, vanitate, & laſciuia veſti
minum mũdanorum debet cauere, prout ſancti
res ac Præſules Baſilius, atque Iſidorus docuera
iam ſuper hac re canones, & ſtatuta ex diuina i
tione edita perpendantur. Legitur namque in
Synodo generali[f]: Omnis iactantia, & ornatura
ralis aliena eſt ab ordine ſacro; eoſque Epiſcopos
ricos, qui ſe claris, & fulgidis veſtibus ornant, em
oportet: Qui ſi in hoc permanſerint, correctioni

a *art. 11.*

b *cap. 11. In veſtitu ne glorieris vnquam.*

c *vt refert Richelius in d. artic. 11.*

d *in ſermo: Ecce nos reliquimus omnia.*

e *Rom. 12. cap.*

f *can. 16. & c. omnis. 21. q. 4.*

tur. Similiter eos, qui vnguentis vtuntur, ſeu vnguntur. Inſuper deridentes eos, qui vilibus, & religioſis veſtibus amicti ſunt, mulcta corrigantur. Priſcis enim temporibus omnis vir ſacratus, hoc eſt, in ſacris ordinibus conſtitutus cum mediocri, & vili veſte conuerſabatur. Omne quippe, quod non propter neceſſitatem, ſed propter venuſtatem accipitur, elationis habet calumniam, ſicut magnus ait Baſilius[a]. Inſuper Zacharias Papa inſtituit[b]: vt Epiſcopi, presbyteri, diaconi indumentis ſecularibus non vtantur, niſi (vt condecet) tunica ſacerdotali, & veſtibus ſuo ordini congruentibus. Neque dum ambulauerint in ciuitate, aut in via, aut in plateis, ſine operimento ambulare præſumant, niſi in longo itinere. Quia ſicut mulier orans in eccleſia non velato capite deturpat caput ſuum iuxta Apoſtolum[c]; ita ſacerdotes ſine operimento euntes, deturpant ſacerdotium ſuum. Quòd ſi temerè præſumpſerint contra ſtatuta hæc agere, communione priuentur, donec, quæ ſtatuta ſunt, impleant. His conſonat, quod ait Innocentius Papa ſecundus[d]: Præcipimus, vt tam Epiſcopi, quàm ſacerdotes, & clerici in ſtatu mentis, in habitu corporis Deo, & hominibus ſtudeant complacere, & nec in ſuperfluitate, vel ſciſſura, aut colore veſtium, nec in tonſura aſpectum intuentium (quorum forma, & exemplum eſſe debent) offendant, ſed potius quod eorum decet ſanctitatem obſeruent. Quocirca B. Bernardus ait[e]: Res pauperum non pauperibus dare ſacrilegij crimen eſt. Porrò facultates eccleſiarum ſunt patrimonia pauperum, & ſacrilega crudelitate illis ſubripitur, quicquid ſibi miniſtri eccleſiæ vltra ſimplicem victum accipiant & veſtitum. Nec enim ordinauit Deus his, qui euangelio ſeruiunt, de euangelio quærere diuitias, vel ornatum, ſed viuere ex eodem, vt ſint contenti corporis alimento, nec gulæ irritamenta, nec incentiua quærant libidinis; & quibus tegantur, non quibus ornentur accipiant.

a teſte Dionyſ. Richelia d. artic. 11.
b c. Epiſcopi. 21 q. 4.
c 1. Corinth. 11.
Pœna contra veſtium abuſum.
d c. fin. 21. q. 4.
Clerici aliorũ debent eſſe in omnibus formæ & exemplum.
e in declam. ſuper illo: Ecce nos reliquimus omnia.

Sed quando neceſſariis poterit eſſe contentus, qui eo animo introiuit, vt ſtipẽdia cleri in vſus voluptatis, curioſitatis, vanitatis cõgreget, ſeruet & expẽdat? Huic D. Bernardus reſpondẽs, ait: Clamãt nudi, clamãt ſamelici,

& con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pauperum contra eccleſiaſticos querela.

& conqueruntur, dicentes: Nobis fame, & frigo-
ſerabiliter laborantibus quid conferũt tot mutatoria ve-
ſtimentorum, vel extenſa in perticas, vel plicata in
ticis? Noſtrum eſt, quod effunditis; nobis crudeliter ſub-
trahitur, quod inutiliter, & iniquè expenditis; ...
ô curioſi, quo delectemini, & quo ſuſtentemur ...
uenimus nos miſeri. Neque enim, vt D. Ambroſius
quit[a], minoris eſt criminis habenti tollere, quam
poſſis, & abundas indigentibus denegare. Eſurientium
panis eſt, quem tu detines, nudorum veſtimentum
recludis: miſerorum redemptio, & abſolutio
quam tu in terra defodis. Tantorũ te ergò inuadere
bona, quantis vales, & non vis præſtare.

a ſerm. 81. & in c. ſicut hi. diſt. 47.

Aduertant hæc D. Canonici, quibus nec vnum
cium competens ſufficit; ponderent hæc qui ...
pretioſas ſeu pellibus foderatas ſeu ſuffultas in ...
habent iacentes, qui aurum ſibi & argentum ...
zant, aut libidinosè, & ſumptuosè viuendo con...
Itaque ſicut in ſumma virtutum, ac vitiorum in ...
miniſtri Eccleſiæ circa veſtitum multipliciter, gr...
offendunt. Primò, in nimia veſtium pretioſitate; ...
dò, in mollitie; tertiò, in curioſitate; quartò, in ...
dine earundẽ, cùm dicat beatiſſimus Ioannes B...
Qui habet duas tunicas, id eſt, vnam nõ neceſſariam
non habenti. Obſeruanda ſunt ergò Canonicis, ...
ſtris eccleſiæ circa veſtes, veſtiumque ornatus ...
Innocentij tertij conſtitutio habet [c], nimirum: ...
deferant deſuper indumenta, nimia breuitate, vel ...
tudine non notanda, pannis rubeis, aut viridibus, ...
manicis, aut ſotularibus conſutitiis, frænis, ſellis, ...
ralibus, calcaribus deauratis, aut aliam ſuperfluitatem
gerentibus non vtantur. Cappas manicatas ad ...
officium intra eccleſiã non gerant; ſed nec alibi, ...
in ſacerdotio, & perſonatibus conſtituti, niſi iuſta ...
timoris exegerit habitum transformari. Fibulas ...
non ferant, neque corrigeas auri, vel argenti orna...
bentes, ſed nec annulos, niſi quibus competit ex ...
dignitatis. Pontifices autem in publico, & in eccleſia
perindumentis lineis omnes vtantur, niſi monachi
rint, quos oportet ferre habitum monachalem. ...

Eccleſiaſtici circa veſtitũ multipliciter & grauiter offendunt. de quo etiam vide homil. Radul. Arden. in Dom. 3. aduen.
b Luc. 3
c c. clerici. de vita, et honeſt. cler.

Iuſta cauſa timoris permittit habitum transformari. Quibus permittatur annuli geſtatio.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diſſibulatis: non vtantur in publico, ſed vel poſt collum, vel ante pectus hinc inde connexis.

Hinc in concilio Senonenſi cōſtitutum legitur [a]: Omnes clericos maximè in ſacris cōſtitutos admonitos eſſe volumus, ſe cùm in ſanctorum loco ſint, neceſſitatē bene viuendi, non licentiam peccandi eſſe conſecutos. Idcirco eos hortamur, vt opera ſanctorum exerceant, luceantq; coram hominibus opera eorum, ſintque verè illud ſal euangelicum, in miniſterio vigilantes, & ſoliciti, plantent, euellant, diſſipent, & cum ſummo ſtudio ædificent, quæ pietatem reſpiciunt. Inſuper profeſſionē ſuam probent habitu, ſcilicet, vt per decētiam habitus extrinſeci, intrinſecam morum honeſtatē oſtendant. Veſtitus ergò clericorum, maximè in ſacris conſtitutorum non ſit expectoratus, ſed à collo deſuper vndique clauſus, à manicis, lateribus, & retro: Cum elationis habeat calūniam, quicquid propter venuſtatem, non propter neceſſitatem accipitur; & ne bona eccleſiæ, quæ pauperum ſunt, in faſtum, & corporis ornatum (qui à ſacrato ordine alienus eſſe debet) conuertantur; Inhibemus omnibus & ſingulis eccleſiaſticis noſtræ prouinciæ, ne veſtimentis exterioribus, & ſagis oblongis ſericeis in publicum, aut domeſticè vtātur ſub pœnis arbitrio dioceſanorum imponendis. Non tamen intendimus eccleſiaſticis ex ſanguine regio, aut ducali ortis huiuſmodi veſtimentorum ſericeorum delationem prohibere, quos tamen hortamur, vt in ſuis veſtimentis decentiam eccleſiaſticam obſeruēt. Veſtes ſint talares, non fornicatę, aut partitæ, nec nimia amplitudine ſuperfluæ, nec plus æquo conſtrictæ; in quibus clericalis ordinis honeſtas, & modeſtia; nō faſtus, iactantia, vel elationis vitium deprehendatur. Non etiam camiſias geſtent (quod dicunt) froncicatas: Non pannoſi ſint clerici, aut in veſtibus laceri. Neque enim affectatæ ſordes, aut exquiſitæ delitiæ laudem pariunt. Non caligas partitas, aut ſcacatas aſſumant, neque circa genu diſſutas, non lunatis ſeu cornutis, aut nimis feneſtratis calceis vtantur [b]. Non annulos in digitis deferant, niſi forte huiuſmodi ſint, quibus id ad decorem ſuarum dignitatum permittatur.

Huc pertinet & illud in concilio Colonienſi declaratum:

a de decret. mor. cap. 23. & 24.

Clerici ſuo ordine neceſſitatē bene viuendi, non licentiam peccandi ſunt aſſecuti.

Matt. 5. Iere. 1.

Habitus externus internam morum honeſtatē declarat.

Qualis debeat eſſe habitus clericorum.

Affectatæ ſordes laudem non pariunt.

b De abuſu calceamētorum vide Chryſoſtomum in 14. cap. Mat. Hom. 52.

tum[a]: Beatiſſimus Paulus habitus modeſtiam
lieribus deſiderat[b], quem vult verecundum eſſe
tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel ve
tioſa, ſed quod decet, mulieres promittentes p
per opera bona. Itidem Apoſtolus Petrus eas c
dat[c], quarum non ſit extrinſecus capillatura, au
datio auri, aut indumenti veſtimentorum cu
qui abſconditus eſt cordis homo in incorrup
quieti, & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu
cuples. Quàm turpis ergo putanda eſt in cleric
gradu ſublimioribus deformiſſima illa, ac freq
ma noſtræ tempeſtatis habitum variatio, qua
feriori quidem vaſculo Apoſtolorum principes
tendam duxerunt? Ex veſte apud homines ſanct
opinionem aucupari prohibuit Chriſtus[d], qui
bus operibus noſtris id quod intus eſt primum
mundarique iubet, deinde quod à foris eſt; væ ill
rendum Phariſæis hypocritis interminans, qui
rentur ab hominibus iuſti, dilatabant philacteria
magnificabant fimbrias; cùm eſſent intus pleni
& immunditia. Interim tamen euangelium no
rè veſtimentum Ioannis Baptiſtæ (quod illius p
ni ac menti reſpondebat) de pilis camelorum c
celebrat[e], ac ipſe Chriſtus veſtium mollitiem, a
tem auerſatur, Ecce, inquiens[f], qui mollibus ve
in domibus Regum ſunt. Quæ omnia huc ſpe
velimus clericos præter indictam tonſuram ve
que ſuo ordini congruentes deferre, quemadmo
generali cõcilio cautum eſt[g]: Pudet ſiquidem
videmus prodire clericos perinde atque ſeculi
amictos, vel qui ſint, vt fœmina compti. Itidem
clerici, ac veſtibus laceri diſplicent. Neque enim
tæ ſordes, aut exquiſitæ deliciæ laudem pariunt[h]

Debet autem in clericis veſtitus tanto eſſe de
quo ſunt altiori loco, & perinde atque in ſpecu
dam conſtituti. Sit ergò chorum ingredientibus
talaris, ſint pilei (quæ bireta vocamus) ſint cam
denique calcei pariter & caligæ tales, in quibus
ſtus, iactantia, elationis vitium, & mentis leuit
clericalis ordinis honeſtas, & modeſtia deprehe

Siqu

a an. Dom. 1536. tit. de offic. priu. ac pub. vitaq; ac mor. cler. cap. 26.

b 1. Timoth. 2.

Qualis in mulieribus debeat eſſe habitus.

c 1. Petri 3.

Habitum variatio ne mulieribus quidẽ permiſſa eſt.

d Matth. 23.

e Matth. 3.

f Matth. 11.

g Lateranen. 3. ſub Inno. 3. cap. 16. c. clerici. de vita et honeſt.

h §. 1. et c. per ſimoniã. diſt. 41. Panor. in c. clerici. nu. 18. de vita & honeſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Siquidem ita ſemper viſum eſt maioribus, externum habitum, quid intus crepet deſignare. Adeò vt leges ciuiles iniuriam matronæ habitu meretriceo vtenti illatam, non vindicent[a]; ac canones clericum non alligatum coniugio habitum, ac tonſuram clericales deferentem poſt tertiam monitionem; clericum verò coniugatum ſtatim priuilegio exuant clericali; adeò vt ſic in maleficiis deprehenſi animaduerſionem ciuiliũ magiſtratuum non euadant[b]. Ne autem poſthac quiſpiam excuſationem nõ factæ, aut præuiæ monitionis prętexat, hac noſtra ſynodali conſtitutione omnes (quotquot ſunt in noſtris diœceſibus conſtituti) clericos, qui habitu minus decenti vtuntur monemus, vt intra tres menſes, quorũ ſingulos pro ſingulis dilationibus; tertium verò, vti peremptorium terminum præfigimus, habitum, qui clericos deceat, reaſſumant; alioquin ipſo facto, nulla poſthac alia monitione expectanda in cenſuras, ac pœnas conſtitutionum canonicarum incurſuri.[c]

Sacroſancta verò Tridentina Synodus animaduertens abuſus in habitu, & veſtitu clericorum nondũ ſublatos, inſignem deſuper conſtitutionem edidit his verbis[d]: Etſi habitus non facit monachum, oportet tamen clericos veſtes proprio congruentes ordini ſemper deferre, vt per decentiam habitus extrinſeci morum honeſtatem intrinſecam oſtendant: tanta autẽ hodie aliquorum inoleuit temeritas, religioniſque contemptus, vt propriam dignitatem, & honorẽ clericalem parui pendentes, veſtes etiam deferant publicè laicales, pedes in diuerſis ponentes; vnum in diuinis, alterum in carnalibus[e]: propterea omnes eccleſiaſticæ perſonæ, quantumcumque exemptæ, quæ aut in ſacris fuerint, aut dignitates, perſonatus, officia, aut beneficia qualiacumque eccleſiaſtica obtinuerint, ſi poſtquam ab Epiſcopo ſuo, etiam per edictum publicum moniti fuerint, honeſtum habitum clericalem, illorum ordini, & dignitati congruentem, & iuxta ipſius Epiſcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, per ſuſpenſionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus, & prouentibus ipſorum beneficiorum, necnon, ſi ſemel correpti, denuo in hoc deliquerint, etiam

per pri-

a arg. l. raptores. C. de epiſc. & cle. l. vnica. & ibi Cyn. & Salic. C. de rapt. virg. Iod. Damhoud. in praxi crim. cap. 95.

Quando clericus amittat priuilegiũ clericale.

b c. ex parte. 3. de priuileg. & exceſſ. prælato.

c d. Concil. Colon. tit. de metrop. cath. & colleg. eccleſ. cap. 8.

d ſeß. 14. de ref. cap. 6.

Habitus non facit monachũ.

e c. porrectũ. c. ex parte. de regular. c. vlt. diſt. 41. Concil. Conſtantien. cap. 15. Matiſco. 1. cap. 5.

Habitum clericalem nõ geſtantes quemodo puniendi.

per priuationem officiorum, & beneficiorum
di coërceri poſſint, & debeāt: Conſtitutionem C
tis quinti in concilio Viennēſi editam, quæ incip
niam [a], innouando & ampliando. Cuius tenor

a Cle. quoniā. de vita & honeſt.

Quoniam qui abiectis veſtibus proprio cong
ordini, alias aſſumere, & in publico portare ra
cauſa ceſſante præſumit, profeſſorum illius ordi
rogatiua ſe reddit indignum, pręſenti conſtitutio
cimus; quod quicumq; clericus virgata, vel parti
publicè vtetur (niſi cauſa rationabilis ſubſit) libe
tus extiterit, per ſex menſes à perceptione fructu
neficiorum, quæ obtinet, ſit eo ipſo ſuſpenſus. Si
neficiatus non fuerit, in ſacris tamen ordinibus
cerdotium conſtitutus, per idem tēpus reddatur
inhabilis ad eccleſiaſticum beneficium obtinēdum
quoque cenſemus de clericis aliis veſtem talem
tonſuram publicè deferentibus clericalem. Dig
verò, perſonatum, ſeu beneficium aliud obtinēs
immineat animarum, necnon cæteri in ſacerdo
ſtituti, ac religioſi quilibet, quos oportet per de
habitus extrinſeci morum intrinſecam honeſtat
dere (ſi pręterquam ex cauſa rationabili) publicè
ferant huiuſmodi, aut infulam, ſeu pileum linea
cè portent in capite; ſint eo ipſo beneficiati
perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtin
ſpenſi per annū: cæteri verò ſacerdotes, & relig
libet per idem tempus reddantur inhabiles ad qu
que beneficium eccleſiaſticum obtinēdum. Sed
& cæteri quicumque clerici vtentes epitogio,
do foderato vſque ad oram, & ita breui, quod
ferior notabiliter videatur: epitogium ipſum
clerici, & religioſi adminiſtrationem habentes
intra menſem dare pauperibus, Cæteri verò relig
miniſtrationem non habentes, intra idem temp
teneātur ſuis ſuperioribus aſſignare in pios vſus
conuertendum. Alioquin beneficiati ſuſpenſionis
verò inhabilitatis pœnas prædictas per idem tem
nouerint incurriſſe. Huic inſuper adijcimus ſanc
clerici præſertim beneficiati caligis ſcacatis, rub
viridibus publicè non vtantur.

Clerici beneficiati geſtantes virgatam vel partitam veſtē quomodo puniendi.

Clerici non beneficiati quomodo ob prædictum habitū puniendi.

Dignitatē vel curam animarum habentes quomodo ob prædictum habitum ſint puniendi.

Sacerdotes & religioſi quomodo ob prædictum habitū puniendi ſint.

Epitogio vtentes quomodo puniendi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Veſtis autẽ virgata, prædicta hac conſtitutione prohibita, illa dicitur, quæ eſt ſtripata per diuerſos colores, vel cùm pannus de ſe eſt planus, ſed aliquid ſupra ponitur per modũ virgæ, vel literaturæ. Veſtis verò partita eſt, quæ fit de diuerſis coloribus, vel quæ eſt ſciſſa, vel diuiſa per ferrum, & tales non congruunt clericis etiam in minoribus conſtitutis, ſeu primã tonſuram duntaxat habentibus; quia & illi veniunt appellatione clericorũ, etiam in pœnali materia. Imò ſi coniugatus ſit clericus, & vtatur huiuſmodi veſte, perdit priuilegiũ clericale[a]. Infula verò hic nihil aliud eſt, quàm pileus lineus, ſeu faſciola linea ad tegendum caput. Epitogium pallij genus eſt, quod ſupra togam ferebatur, ſeu breuis tabardus, vt interpretes loquuntur. Scacatæ autem caligæ, quæ ex rebus diuerſorum colorum conficiuntur.[b]

Veſtis virgata quæ dicatur.

Veſtis partita.

a *gloſ. in d. clem. quoniam. & Io. VVãcq. ibid. & Io. Bernard. Diaz in pract. crim. cap. 69.*

Infula, & epitogium, caligæ ſcacatæ.

b *Boniſac. de Vital. in d. clem. quoniã.*

Luxus veſtium huius ſeculi quid portendat.

CAP. III.

QVAM autem hæc habitus, & veſtitus forma, qua huius deploratiſſimi ſeculi multi tam viri, quàm mulieres nunc vtuntur, animabus ipſorum periculoſa ſit, & quantorum malorum nuntia & teſtis ſit, iam olim à ſublimi ac illuminato Theologo D. Ioanne Thaulero his verbis prædictum, & vaticinatum fuiſſe conſtat: Quæſo mortales omnes ex animo, & multo cum timore, atque tremore magnam Dei iram & iam olim meritas diuinæ iuſtitiæ plagas attendite, quæ licet hoc tempore plus quàm in quadringentis retro annis mundo grauiter imminent, valde tamen metuendũ eſt, multò incomprehenſibilius, inſuperabilius, grauiusque, etiã ſupra quàm æſtimari queat adhuc irruituras. Tam enim graues, ac magnæ erunt calamitates illæ, vt quotquot tunc ſupereſſe cõtigerit, optaturi ſint, atque dicturi: O vtinam nos plagę priores abſumpſiſſent, nam tunc fortè vel animarum noſtrarum iacturam nullam feciſſemus: nunc verò cum corporis, tum animæ grande periculum ſuſtinemus. Porrò ſigna, quę terribiles has magnaſque plagas portendent, partim ſunt breues iſtæ ac diſſciſſæ, & in varias ſubinde formas abominabili quadam metamorphoſi nunc quidem ſic, nunc verò aliter

Hæc Thauleri vaticinia adiuncta ſunt ipſius epiſtolis.

Frequens hæc in veſtitu mutatio, & inſolẽtia quid portendat.

commutatæ veſtes, cum inſolētibus ac laſciuis geſti
Quod totum haud dubiè ex malignorū ſpirituum
geſtione, & in corda hominum inſtillatione proc

S. Hildegardis prophetia.

Sicut & ſancta Hildegardis ante annos fermè duc
apertiſſimè prædixit, & prædicendo mundum p
nere ſtuduit. Et hæc quidem, necnon pleraque ali
iam annis decem euidenter apparuere. Cuiuſmodi
plagæ ſupradictæ futuræ ſint, eadem ſancta Hildeg
multa cum diſtinctione deſcripſit. Nec tamen h
quis vulgò edicere audet, eò quod ipſas minimè
& metuendum ſit huiuſmodi publicatione com
tas plagas accelerari magis debere, quàm impedi
rùm vt piis quibuſque perſpicuum, ac notum fia
modo ſeſe harum calamitatum temporibus hab
gerere debeant, lubet eas hic ſub parabolis, ac ſi

Prophetiæ hæ de quibus intelligendæ ſint.

dinibus ob oculos ponere. Concernent quippe
ſanctam fidem noſtram, & ſacramenta, & omne
ſiaſticas atque Chriſtianas inſtitutiones. Vnde i
homines fluctuationem, ac errorem præcipites
cuinam, ceu catholicæ veritatis aſſertori crede

Cauſæ harum calamitatum, quibus nunc premimur.

poſſint, atque confidere, prorſus ſint ignoratur
quidem idcirco diuina per…ittet iuſtitia, quòd
multo iam tempore, ita negligenter, imo & vi
uendo ipſam fidem moribus, ac vita impugnan
digniſſimum Chriſti corpus vna cum aliis eccl
cramentis, cum omni denique ſanctimonia C
tam planè irreuerenter, indignè, impurè, infru
tractare, ac ſuſcipere auſi ſumus. Magna igitur
ricula contaminatis, vitioſis, & diuinam inſpira

Qui ab his plagis immunes erunt.

contemnentibus imminebunt. Quotquot vero
thau frontibus ſuis impreſſum habuerint, id eſt,
qui per fidem Chriſti viuam in quodam melior
initio, atque profectu inuenti fuerint, ab his pla
munes erunt. Id quod B. Ioannes Apocalyp. ca
plagas ſub obſcuris quidem verbis, ſed à B. Hil
luce clarius detectas recenſens teſtatur. Cæteru

Qui periculoſis hiſce tēporibus ſaluabuntur.

lis, ac ſaluberrimi conſilij, omnibus, qui pericul
temporibus victuri ſunt, nobis per B. Hildegar
uelati, iſta ſumma, & intentio eſt; vt videlicet ſe
ac propemodū effætæ matri ſuæ Eccleſię ſanctæ

reli

reſignato ac propenſiſſima voluntate patienter ac humiliter condeſcendentes omnibus ordinationibus, atq; doctrinis illius, quæ nobis huc vſque palam in ſuggeſtu à concionatoribus proponũtur, ſpontanea, ac obedienti ſubiectione obtemperent, nec vlli alteri perſuaſioni fidem adhibeant, etiamſi vel angelus de cælo præter id quod euangelizatum eſt, annuntiet, ac perſuadere moliatur. Sicut & à Domino noſtro IESV Chriſto diligenter præmoniti ſumus, cùm diceret [a]: Supra cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi; omnia ergò quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite. Item B. Paulus [b]: Licet nos, aut angelus de cælo euangelizet vobis, preterquam quod euangelizamus vobis, anathema ſit. Immenſa illa, ac inexhauſta Dei miſericordia dignetur nos in viua, & vera Chriſti fide ſemper ſtabiles conſeruare. Scriptum eſt prædictum vaticinium in eo libro, vnde huc tranſlatum eſt anno à Chriſto nato 1348.

a *Matth.23.*

b *Galat.1.*

An. Dn. 1348. prædicta ſuper veſtitu huius ſeculi vaticinia facta ſunt.

Nunc igitur dilectiſſimi certi eſtote, quia niſi in melius vitam noſtram commutare ſtudeamus, grauiter nobis plagæ prædictæ immineant, ita quod tanta erit afflictio, vt iudicium extremum nobis ad memoriam ſit reuocatura. Quæ enim nunc pace multa gaudere videntur, in maxima tunc vexatione erunt, & Dei verba peruertẽtur, cultuſque diuinus penè in obliuionem ibit, & vnus huc, alius illuc properabit, nec facilè ſciri poterit quorſum hæc tandem euaſura ſint, Interim tamen fideliſſimus Deus nidulũ aliquem habebit, vbi ſuos conſeruet, protegatque. Diſcat ergò quiſque pati, & abnegare ſeipſum, auſcultãs intus vocem patris ſui, quid ille in ſe loquatur, ac foris matris ſuæ, id eſt, Eccleſiæ ſanctæ. Horum quippe vox vna eſt. Quare, qui has voces non didicerit cognoſcere, in æternum pereat neceſſe eſt. Exurget enim vox fallax, quæ omnes huic paternæ voci auſcultare nolentes in errorem abducet. Sonat autem nobis paterna vox per vocem ſanctæ matris Eccleſiæ, in omnibus doctrinis, præceptis, atque conſiliis illius. Væ proinde, ac iterum væ omnibus voci huic obtemperare nolentibus, vt ſe ipſos in veritate paruipendant, & ſtudeant eſſe humiles. His enim teterrimæ

Hoc vaticiniũ verum eſſe nũc nos proh dolor, experimur, & videmus.

Hanc vocem nũc exurrexiſſe videmus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hæc nunc vox eſt miniſtrorũ hæreticorum in ſuis concionibus.

deſperationis vox inſpirabitur dicẽtibus pſeudod
ribus falſum eſſe, atque confictum, quicquid v
priſcæ veritatis doctores hic edocuere. Quicumq
tur in fundo ſuo humilitate deſtituti fuerint, & p
ipſorũ ſenſu, ac proprio beneplacito in ſuis illis v
ac ſubtilibus conceptibus perdurauerint, hi om
tantos abducentur errores, vt cunctos eccleſiæ ri
inſtituta fallacia, & à veritate aliena ſint cred
Quod profectò ex ipſorum vitioſiſſimo vel m
fundo, tum etiam quod veri illius, atque viui fu
nitus expertes erunt. Vera namque humilitas e

Vera humilitas.

ex toto inquam & ex omni diligere corde. Ho
ſertiſſimi rerum totius boni fundamentum. O ſ
dere poſſetis, chariſſimi, quantis periculis, atqu
ſtiis mundus ipſe, & quotquot Deo in fundo ſuo
tem Dei amicis reuera non adhæſerint vniuer
uendi ſint, quamq́ue terribiliter cum illis age
adhuc in proximo veris Dei amicis ſignificati
reuelationẽ) & quàm denique vera fides concul
Si, inquam, hæc ſciretis, dilectiſſimi, ſenſus vni
turales nulla ratione ſuſtin[illegible]rent. Qui tunc vict
cogitent hæc ipſis longè ante prædicta fuiſſe.

Clerici in memoriã nunc reuocent quid illis de habitu et veſtitu ab Epiſcopo dictũ ſit cùm tonſuram acciperent.

Quare omnes clericos memores eſſe velim e
tionis, quam Epiſcopus illis, dum tonſuram co
dixit his verbis: Filij chariſſimi, animaduertere
quod hodie de foro eccleſiæ facti eſtis, & priuil
ricalia ſortiti eſtis. Cauete igitur, ne propter cu
ſtras illa perdatis; & habitu honeſto, boniſque m
ac operibus Deo placere ſtudeatis. Tum etiam
nis, quam pro illis ad Deum fudit: Omnipoten
terne Deus, propitiare peccatis noſtris, & ab o
uitute ſecularis habitus, hos famulos tuos em
dum ignominiam ſecularis habitus deponunt, t
per in æuum gratia perfruantur: & ſicut ſimilit
coronæ tuę eos geſtare facimus in capitibus; ſic t
tute hæreditatem tuam conſequi mereantur a
in cordibus.

Quid Pius V. & Concilia Mechlinienſe, & Cameracenſe de veſtitu clericorum ſtatuerint. CAP. IIII.

PIVS verò quintus cupiens, & ſatagens ſacri Concilij Tridentini iuſſa in omnibus exequi; vt cum vitæ & animi integritate clericalis externus etiam habitus, & veſtitus congrueret; ſtatuit, & præcepit [a] omnibus & ſingulis ſacris ordinibus initiatis; aut quęcumque beneficia eccleſiaſtica etiam ſimplicia obtinentibus, cuiuſcumque gradus, aut dignitatis ſint, vt veſtem ſuperiorem, & interiorem ſimplicem, & talarem omnes geſtent, non reflexam, ſed compoſitè, & aptè ad collum annexam. Pallium, quod ferraiolum dicitur, id habeant, vt clericali decoro nō ſit alienum, idque tantum in pluuiæ, & frigoris neceſſitate, ſemperque cum talari tunica induant. Quas tamen veſtes ad longioris itineris neceſſitatem commoditatem breuiores, modo ordinis honeſtati conueniant, adhiberi permittimus. Caligis non inflatis, nec diſſectis; calceis crepidíſve nō inaniter inciſis vtantur, ſed ſimplicibus & integris. Camiſias ad manū, & ad collum criſpas, & (vt dicunt) lactucatas, aut arte laboratas ne ſumant. Pileos ne habeant, niſi valetudinis cauſa, & eos ſimplices, neque turbinatos, quos ingredientes in eccleſiam, vel ædes, maximè publicas, ſemper omittant. Neque reticulum, aut ſubbiretum, niſi valetudinis neceſſitas poſtulet, idque ſine redimiculis; nec annulos, niſi honoris gradus, aut officij munus requirat. Pretioſioribus pellibus, vnguentis, & aliorum odorum ſuauitatibus abſtineant. Ab omni mulæ & equi inſtrumento, & ornamento, aurum, argentum, villutum, & omnino ſericum amoueant. Veſtium colorem tantummodo nigrum, niſi alium magiſtratus, aut honoris ratio poſtulet, adhibeant. Veſtes holoſericas, aut ſerico ornatas, domi aut foris ne habeāt. Arma ne ferant, néve perſonati incedant, In omni denique veſtitu nouitatem, & tam elegantiæ, & concinnitatis, quàm negligentię, ac ſordium ſuſpicionem vitent. Qui in aliquo horum deliquerit præter veſtium, aliarúmve rerum amiſſionem vigintiquinque aureis mulctetur, locis piis arbitrio noſtro attribuendis; carcere etiam ac beneficiorum priua-

[a] ſua cōſtitut. ex. edita an. Dn. 1566. Vide concil. Mediolanen. part. 1. tit. de cleric. veſtitu. & reliqua vitæ moderatione: & tit. de armis, lud. et ſpectac.

In habitu clericali delinquētes quomodo puniendi.

 tione,

tione, maioribuſque pœnis pro delicti, & perſo
genere arbitrio noſtro puniatur.

Prouincialis verò Synodus Mechliniēſis,que
mis Pōtificibus, & ſanctis Synodis, maxime à
Tridentina de clericorum habitu, vita, hone
modeſtia retinenda, & ſimul de luxu, comeſſa
luſibus, & quibuſcumque criminibus vitādis,
& ſalubriter ſancita ſunt, eadem ſub eiſdem a
maioribus pœnis, tanquam hic repetita Syno
uincialis ſeruari præcipit, & mandat, & ſtatuit
ſequuntur de veſtitu & habitu: Quo autem lu
huius ſeculi à Dei miniſtris arceatur, nullus cler
nimis pretioſis, aut ſtatui incongruentibus in p
vtatur veſtibus, neque caligis follicantibus, &
na forma leuitatem prę ſeferentibus. Dum in p
prodeunt, qui in ſacris ſunt ordinibus conſtitu
ſacerdotalem, & veſtem geſtent talarem, pot
qui in oppidis agunt. Qui verò ruri, vt minimu
midium tibiarum vſque promiſſam habere
Porrò clerici viatores, aut peregrinantes, ita
ter, ſuaque profeſsione dignè gerant, vt eoru
bus, verbis, habituque modeſto per omnia glo
Deus. Clerici, qui in academiis, aut ſcholis ma
vel minoribus viuunt, & in alio, quàm ſui bene
co reſident, intra menſem à die publicati huius
prouincialis, corona, pileo, caligis ſimplicibus, &
ordini ſuo, & vocationi congruo vtantur; &
annis huius rei teſtimoniales literas ſigillo v
tis, ſi in ea reſideant, munitas, aut ludimagiſtri
in priuatis ſcholis agant, conſcriptas, ei, cui liter
moniales ſtudij exhibere debent tēpore congru
mittant. Qua in re, ſi defectuoſi fuerint, fructib
rum beneficiorum priuentur.

Cōcilij prouincialis Mechliniensis de habitu & veſtitu ſtatuta.

Conciliū verò prouinciale Cameracenſe pauc
ta complectens, ſtatuit[a]; vt clerici geſtu, vultu,
& veſtitu ſtatum, & ordinem ſuum profiteantu
eam diſciplinam neglexerit, & eum veſtitum a
qui deceat potius militem, aut laicum, quàm cle
caſtigetur, cogaturque in ordinem redigi. Atqu
dictorum veſtigia, & exempla ſecutus R.mus no

a de vita & honeſt. cleric. cap. 4.

Ipſ

Iprenſi Synodo ſua diœceſana ſtatuiſſe legitur [a]: Cùm nihil ſit, quod alios magis ad pietatem & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quàm vita, & exemplum eorum, qui ſe diuino cultui dedicarunt; præcipimus omnibus Prælatis, presbyteris, & quibuſcumque clericis nobis ſubditis, vt vitam & mores ſuos in habitu, geſtu ac ſermone ita componant, vt eorum actiones cunctis adferant venerationem. Proindè ab omni leuitate, vanitate, & ſpurcitia ſermonis abſtineant. Non vtantur veſtibus partitis, non caligis ſciſſis, aut follatis; ſed omnibus veſtibus oblõgis, honeſti coloris, vulgari, & ſimplici modo confectis, ita, vt omni tempore, & loco cunctis innoteſcat eorum ſtatus.

[a] *cap. 1. de vitâ & honeſt. miniſtr. eccl.*

Quæ autem ſuprà diuerſis in locis à Pio V. pro cleri reformatione ſtatuta fuiſſe commemorauimus, vel deinceps à nobis narrabuntur, eadem ferè omnia ex eiuſdem Pij bulla deſumpta R.mus noſter eccleſiæ noſtræ Canonicis, & clericis ad obſeruandum propoſuit. Ad quorum obſeruationem, vt ipſi etiam nunc ſe obligatiores intelligãt, meminerint ab eodem poſtea in Synodo ſua diœceſana Iprenſi hoc promanaſſe ſtatutum: De Canonicis tam cathedralibus, quàm collegiatis, & eorum officio multa præclarè à Concilio Tridentino, pro inducenda reformatione, decreta ſunt; quæ etiam nos in viſitatione eccleſiarũ huiuſmodi, ex parte (prout tempus, & locus patiebãtur) in executionem miſimus. Atque nunc quæcumque per nos tam de vita, & morũ probitate, quàm de officio diuino in viſitationibus noſtris ordinata, & publicata fuerunt, eadẽ in hac Synodo tanquam de verbo ad verbum repetita habemus; atque ab omnibus, quorum reſpectiuè intereſt, obſeruari, præſenti ſtatuto mandamus.

Quæcunque de Canonicis eorũmque officio à concilio Trident. decreta ſunt, mandantur in Synodo Iprenſi ab eiſdẽ obſeruari.

Honeſtatem in motu corporis ſeruandam eſſe.

CAP. V.

CLERICVS profeſſionem & honeſtatem ſuam non modò habitu, & veſtitu; verumetiam inceſſu probare, & declarare debet; vt grauitate itineris mentis maturitatem oſtendat. Incompoſitio enim corporis, vt D. Auguſtinus ait, inæqualitatem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

indicat mentis. Vnde Hiſtoriographus ille, cùm
mutabilitatem deſcriberet, cuius conſcientia con-
a c.clericus. §. ſicut ergo. diſt. 41. curis, mentem vaſtabat, inter cętera hoc etiam
indicauit, dicens: Inceſſus eius modo citus, modo
b lib. 1. offic. cap. 18. dus[a]. Et vt D. Ambroſius docet[b], in ipſo motu,
inceſſu, tenenda verecundia, & honeſtas eſt. Ha-
Habitus mẽtis in corporis ſtatu cernitur. enim mẽtis in corporis ſtatu cernitur. Hinc homo
dis noſtri abſconditus, aut leuior, aut iactantior, au
bidior, aut ſtupidior; vel contrà grauior, & conſtan
Motus corporis eſt quædã vox animi. & purior & maturior æſtimatur. Itaq; vox quæda
animi corporis motus. Ad cuius declarationem,
bationem adducit D. Ambroſius duorum cleric
c d. lib. 1. c. 18. exempla memoratu digna, inquiens[c]: Memini
quendam amicum, cùm ſedulus ſe videretur com
dare officiis, hoc ſolo tamen in clerum à me non
ptum, quod geſtus eius plurimum dedeceret. Al
quoque cùm in clero reperiſſem, iuſſiſſe me, ne
præiret mihi, quia velut quodam inſolẽtis inceſſu
bere oculos feriret meos. Idque dixi, cùm redd
poſt offenſam muneri, hoc ſolum excepi, nec
ſententia. Vterque enim ab eccleſia receſsit, vt
inceſſu prodebatur, talis perfidia animi demõſtr
Namque alter Arrianæ infeſtationis tempore fide
ſeruit; alter pecuniæ ſtudio, ne iudicium ſubiret,
dotem ſe noſtrum negauit. Lucebat in illorum
imago leuitatis, ſpecies quædam ſcurrarum per
tium. Sunt etiam qui ſenſim ambulando, imitan
ſtricos geſtus, & quaſi quædam fercula pompan
ſtatuarum motus nutãtium, vt quotieſcumque gra
transferunt, modulos quoſdam ſeruare videantur.
curſim ambulare honeſtum arbitror, niſi cùm c
exigit alicuius periculi, vel iuſta neceſsitas. Nam
rumque feſtinantes anhelos videmus torquere ora
bus ſi cauſa deſit feſtinationis neceſſariæ, næuus
ſtæ offenſionis. Sed non de his dico, quibus rara p
ratio ex cauſa naſcitur, ſed quibus iugis & contin
naturam vertitur; nec in illis ego tanquam ſimula
Qualis debeat eſſe inceſſus ſeu greſſus. effigies probo, nec in iſtis tanquam excuſſorum
Eſt etiam greſſus probabilis, in quo ſit ſpecies au
tatis, grauitatiſque pondus, tranquillitatis veſtigi

ita

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ita tamen, ſi ſtudium deſit, atque affectatio, ſed motus ſit purus ac ſimplex. Nihil enim fucatũ placet: motum natura informet. Si quid ſane in natura vitij eſt, induſtria emendet: vt ars deſit, non deſit correctio.

Verùm quia propter calceos, eorúmve ornatum inceſſum faciunt, quo animi ſui ſuperbiam declarent, & Deum grauiter offendant, hinc in concilio Carthaginenſi quarto ſancitum fuit [a]; vt clericus profeſſionem, & in habitu, & in inceſſu probet; & ideo nec veſtibus, nec calceamentis decorem quærat [b]. D. verò Ioannes Chryſoſtomus vehementer in abuſum calceamentorũ inuehens [c]: Etſi, inquit, parua hæc peccata videantur, ac ideo negligantur, maiorum tamen delictorum cauſas nobis præbent. Sed quod minus peccatum inueniri poterit, inquies, quàm ornatos, & quaſi reſplendentes habere calceos, ac pedibus ita inhærentes, vt nulla inde ruga conficiatur? quod nec peccati quidem appellatione notandum eſt. Vultis igitur vt largas orationi habenas mittamus, ac dedecus huius rei ob oculos ponamus? Sed nolite, oro, iraſci: imò verò etiãſi iraſcimini, parua mihi cura eſt; nõ enim ipſe, ſed vos huius leuitatis cauſa eſtis, qui cùm nec peccata quidem iſta putetis, ad reprehendẽdum acrius tale iniuriæ genus impellitis. Audiatis Paulum, quanta hęc cum acrimonia reprehendat, & auctoritate ipſius turpitudinem rei cognoſcite. Quid igitur hac de re Paulus ſcribit [d]? Non in plicationibus, inquit, auri, aut margaritarum, nec veſtimẽto pretioſo. Quam igitur veniam habere poteris, cùm neque vxori, iubente Paulo, pretioſæ veſtes permittantur, tu calceos luxurioſiſsimè polias, ac ita conſtruas, vt nimium attentus ad ridiculoſa dedecora eſſe videaris. Virtutis quoque penitus expers, qui ſtudium ſuum ad hæc contulit vniuerſum. Tu ad terrena, quaſi porcus, diaboli artibus perſuaſus deuolueris. Hæc enim omnia ille excogitauit, vt tu beatitudine priuatus ad hæc miſerrima detrudaris. Ita Deus, qui cælum tibi offert, à diabolo ſuperatur. Imò verò nec iſta offert diabolus. Opera enim hæc etiam Dei ſunt; ſed mollitiem, luxum, atque maleficas artes; quibus oppreſsi adoleſcẽtes, aſpicere terram coguntur: Qui cælorum philoſophiæ ſtudere iuſsi ſunt,

a *cap. 45.*

b *c. fin. diſt. 41.*

Chryſoſtomi in calceorũ abuſum inuectio.

c *Hom. 50. in Matth.*

d *1. Timoth. 2.*

Vxori non ſunt permittendæ veſtes pretioſæ.

Curioſa propter calceos deambulatio.

magis calceis ſuis gloriantur, quàm ſi nouas res
inauditas geſſiſſent; digitis enim pedum ſubleuati
ambulant in plateis nimio plerumque inde m
confecti, in cæno, in hyeme, aut puluere in æſtate
ſtimenta, & calcei ſui maculentur. Quid facis
Animam hac luxuria in cænum conieciſti, eam
ra negligis detineri, & calceamentorum tanto m
augeris? Diſcas vſum ipſorum, & tãti ea facere p
Adiumenta enim certè ſunt, vt lutum, & omnes
ſordes audaciter conculcemus. Quodſi tu ab huius

Calceorũ vſus quis ſit.

labe munda cupis calceamenta ſeruare, ceruici
atque capiti connecte. Ridetis hoc audientes; m
lachrymandum potius videtur, cùm ſtudia in
veſtra, & veſaniam conſidero, cumque intellig
pus vos malle luto, quàm calceos deturpare.

Conuiuia clericorum qualia eſſe debeant. CA

QVIA honeſtas tam dictis quàm factis
ter à clericis in conuiuiis ipſorum violan
qualia ea eſſe debeant, diuerſis Pontifi
conciliorũ conſtitutionibus oſtẽdemus. Inprim
D. Gregorius Natali Epiſcopo ſcribens: Con
quit[a], communia, quæ ex intentione impende
ritatis fiunt, rectè veſtra fraternitas in ſuis epiſt
dat. Sed tamen ſciendum eſt, quia tunc ex chari
raciter prodeunt, cùm in eis nulla abſentium vi
detur; nullus ex irriſione reprehenditur; nec in
nium ſecularium negotiorum fabulæ, ſed verb
lectionis audiuntur; cùm non plus, quàm neceſſ
uitur corpori, ſed ſola eius infirmitas reficitur,
vſus exercendæ virtutis habeatur. Hæc itaque
veſtris conuiuiis agitis, abſtinẽtiæ, fateor, magiſt
Et Martinus Papa[b]: Non oportet clericos ante
ſacram diei tertiam inire conuiuia, nec aliquand
cos, non hymno dicto comedere panem, & poſt
gratiam auctori Deo referre. Pro reuerentia ve
& ſacerdotum id vniuerſa conſtituit Synodus T
na quarta[c]; vt (quia ſolent crebrò menſis otioſa
interponi) in omni ſacerdotali conuiuio diui
ſcripturarum lectio immiſceatur. Per hoc enim &

a epiſt. 37. lib. 2. & c. conuiuia. diſt. 44.

Quæ charitatis conuiuia cenſeantur.

b c. fin. d. diſt. 44.

c cap. 7. & c. pro reuerentia. diſt. 44.

Clerici cibum ſumpturi illũ benedicere, eóq; ſumpto gratias Deo agere debent.

Sacerdotali cõuiuio ſacra immiſcenda eſt lectio.

ma

mæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur.

In concilio verò Nauetẽſi de diuerſis generibus conuiuiorum diuerſa clericis præſcripta ſunt ſtatuta. Primum[a] quando conueniunt presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis prior illorum verſum ante menſam incipiat, & cibum benedicat, & tunc ſecundum ordinem ſedeant, alter alteri honorem præbentes; & per vices cibum, & potum benedicant, & aliquis de illorum clericis aliquid de ſancta ſcriptura legat. Poſt refectionem ſimiliter hymnum dicant ad exemplum Domini, ſicut in cœna feciſſe legitur[b]; & ſe contineãt omnes presbyteri, maximè in talibus locis; vt non vituperetur miniſterium eorum[c]. Quando verò presbyteri per Calẽdas ſimul conueniunt poſt peractum diuinum miniſterium ad neceſſariam collectionem; non quaſi ad plenam refectionem, ſed quaſi ad prandium ibi ad tabulas reſideant, ne per talia inhoneſta conuiuia ſe inuicem grauent; quia indecens eſt, & oneroſum: ſæpe etiam tardè ad eccleſiam redeuntes maius damnũ de reprehenſione conſequuntur (quod de grauedine mutua contrahunt) quàm lucrum ibi faciant. Nam de huiuſmodi conuentu Paulus Corinthios reprehendit[d]; quia inconuenienter cœnam dominicam manducare conueniebant. Sic & qui ad cœnam dominicam, id eſt, ad collationem verbi ſub occaſione conueniunt, & ex ingluuietate, ventris cauſa coniunguntur, reprehenſibiles coram Deo, & hominibus habentur: & ideo peractis omnibus qui volunt panẽ cum charitate in domo fratris ſui ſimul cum fratribus frangant; & ſinguli ſingulum bibere faciant, & maximè vltra tertiam vicem poculum non contingant; & ſic ad eccleſias redeant[e]. Deinde nullus presbyterorum quando ad anniuerſarium diem trigeſimum, aut 7. vel 3. alicuius defuncti, aut quacumque vocatione ad collectam conuenerit, ſe inebriare vllatenus præſumat, nec precatus amore ſanctorum, vel ipſius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel ſe aliena precatione ingurgitare, nec plauſus, & riſus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præſumat; aut turpia ioca, vel

a c. quãdo autem, diſt. 44.

b Matth. 26. Mar. 14.

c d. c. quando autẽ, diſt. 44.

d 1. Corinth. 11.

e c. quãdo preſbyteri. d. diſt. 44.

Amore ſanctorum vel alicuius defuncti animæ bibẽdum non eſt.

viſo,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vrſo, vel tornatricibus ante ſe fieri patiatur: nec
dæmonum ante ſe ferri cōſentiat; quia hoc diab
eſt, & ſacris canonibus prohibitum [a]. Vnde & D
mens Papa martyr clericis ſtatuta præſcribens:
inquit, ad memorias mortuorum vocamini cum
deſtia, & cum Dei timore comedite, veluti valen
gatione fungi pro mortuis. Cùm ſitis presbyt
diaconi Chriſti, ſobrij eſſe debetis & priuatim, &
aliis, vt poſſitis intemperantes coërcere. Dicit
ſcriptura [c]: Dynaſtæ ſunt iracundi; vinum vero
bant, ne cùm biberint obliuiſcantur ſapientiæ, &
iudicare non poſsint. Quare presbyteri, & diaco
Deum omnipotentem, & dilectum filium eius
cleſiæ Dynaſtæ; quod non ideo dicimus, ne bibant
cæteroqui contumelia afficerent id, quod à Deo
eſt in lætitiam; ſed ne vinolentiæ ſtudeant. Non
dixit ſcriptura: Ne bibas vinum. Sed quid dicit: N
bere vinum ad ebrietatem.

a c. nullus. d. diſt. 44. & c. nullus. de conſecrat. diſt. 5.
b lib. 8. conſtitut. Apoſt. cap. 50.
Cur presbyteri ſobrij eſſe debeant.
c Prouerb. 31.

D. verò Ioannes Chryſoſtomus de conuiuiis,
poris voluptate loquens [d]: Quod tantis, ait, m
imbuti cæleſtium tantam notitiam habentes, p
bus adhuc rebus immoriuntur, qua venia dign
Quod immoriuntur porrò rebus his, vnde tandem
Quia voluptatibus ſeſe dedunt; quia cutem cura
cupiditati indulgent; quia grauem ſarcinam co
denſas tenebras craſſum velum mentis oculis q
opponunt. Sic accidit enim, vt in voluptate præ
ſima quidē pars noſtri ſeruiat, imperet autem a
ſima: Illa excæcetur vndique, cæca vinciatur: Ha
circumagat vndique, quam conueniebat duci
Arctum vinculum animi, & corporis eſt, ſic opi
induſtria comparante, ne corpus ſuum velut ali
abijcerent quidam. Nam cùm Deus inimicis eti
nefieri velit, tantum diabolus poteſt, vt proprium
poris odium perſuaſerit quibuſdam. Qui enim
eſſe dicit, quid aliud quàm hoc ſtruit? Quod ex
cuiuſdam dementiæ eſt. Si diaboli eſt, vnde iſta
conſonantia, vt diuinæ noſtræ menti ad omnem
aptiſsimum velut inſtrumentum ſit corpus factum
aptum, inquis, cur animum excæcat? Haud corpus

d Hom. 39. in epiſt. 1. ad Corinth.
Voluptatis effectus.
Diabolus quibuſdā perſuadet odium ſui corporis.
Corpus inſtrumentum eſt animæ.

Corpus non excęcat animum, ſed voluptas.

quod tenebris iſtis animũ obducit. Abſit bone vir; ſed voluptas. Voluptatis igitur ſtudium, inquis, quę res alia parit, quàm corpus ? Nequaquam: Sed voluntas praua. Fomento corpus; non incitamento eget: vt nutriatur corpus, non vt diſtendatur, perfundatur. Eſtque non menti ſolum, ſed ipſi etiam corpori inimica, & infenſa voluptas. Ex forti debile reddit; è ſolido eneruatũ; morbidum è ſano; tenue ex compacto; ex florente, & formoſo, deforme; olidum ex fragrãti; ex mundo & puro, impurum; ex abſoluto, doloribus vndique differtum; ex vtili, inutile; ex recenti, vetus; ex robuſto, flaccidum; ex celeri, tardum & languens; ex recto, claudum. Præterea ſi diaboli ſit, nõ oportuit à familiaribus infeſtari; malitia dico. Sed nec corpus, nec cibi diaboli ſunt, ſed voluptas ſola: per hanc mille mala malignus ille patrat ſatan. Sic totam peſſundedit gentẽ. Impinguatus enim, incraſſatus, dilatatus eſt, inquit [a], & calcitrauit dilectus. Sodomis hoc principium fulminum illorum fuit; quod ſignificans Ezechiel [b]: Peccatum hoc, inquit, Sodomorum fuit, ſuperbia, ſaturitas cibi, abundantia potus, his deliciabantur. Hinc Paulus [c]. Qui in deliciis verſatur, is viuens mortuus eſt; quod velut ſepulcrum corpus mille malis deuinctum circumfert. Quodſi corpus ita comparatum ſit, qui animam habere putes, quanto tumultu, quantis fluctibus, quibus procellis erit plena ? Hinc inutilis ad omnia fit, nec dicere, nec audire, nec conſultare, nec facere neceſſariarum rerũ quicquam poteſt. Velut gubernator artem tempeſtate ſuperante cum naui, cum nauigãtibus mergitur ipſe quoque. Sic anima cum corpore in horrendum demergitur ſtupiditatis abyſſum.

Cur voluptas inimica nõ ſolum menti, ſed etiam corpori.

Nec corpus, nec cibi diaboli ſunt, ſed voluptas ſola.

a *Deuter. 32.*

b *Ezechiel. 16.*

c 1. *Timoth. 5.*

Ventrem porrò ſic Deus quemadmodum portam quandam intra nos locauit, commenſam vim ipſi tradens, & modum ſtatuens certum, quãtum molere quotidie oportet. Huc ſi quid adijciatur, illaboratum relinquitur. Hinc nocumentum, hinc morbi, debilitates, deformitates. Non morbidum enim ſolum, ſed & deformem eum, qui pulcher erat, voluptas facit. Si enim ingratum aſſiduè ructet vinum, nõdum coctum exhalet, plus æquo rubeſcat, & formam, quæ ſe decet, amittit, & ornamentum omne perdit. Nam flaccida caro fit, tur-

Voluptatis effectus.

gentes,

gentes, & velut ſanguine ſuffecti oculi, æquo plu
ſum, carnoſumque corpus. Cogita, quæ hinc m
ſequatur; nam ſpiritu multitudine eorum, qu
runtur, diſtracto, hiſque digirendis occupato, qu
getando corpori cedere debebat, totum abſum
perfluorū ſubactione. Quid enim podagras, flux
ſim toto corpore oberrantes, morbos cæteros, q
ſunt, & tragœdiam vniuerſam attinet commem
Diurna exercitatio enim, & labores, & tolera
Quibus corpora noſtra habiliora et formoſiora reddātur. moderata menſa, & victus ſimplex habiliora co
reddunt, & formam præterea plurimùm iuuan
luptatem verò deliciarum narres, licet, tamen c
Voluptatis breuitas. ſummam gulam non durat. Simul enim ac lingu
tremam tranſabiit, euaneſcit; multum interim
gotij relinquens. Nolo enim diſcumbentes mo
Voluptuarij. luptuarios homines obſerues; cùm ſurrexerun
tum ſequere: beluarum corpora non hominum
** lecto.* bis. Capite nutant, tenduntur, conſtringuntur * l
magno ſilentio: denique velut tempeſtate turb
his, qui ſe liberent, opus habent, optantes ſtatum
in quo erant priuſquam diſtenderentur. Nam c
uidæ mulieres, ſic ventrem onerati circumferun
ingrediuntur, vix oculos tollunt, vix loquuntur,
vix. Quod ſi dormiant paululum, ſomnia prodi
Luxuria ex voluptate. & mille phantaſiis plena vident. Nam quid alte
lam inſaniam rei venereæ dicam, quæ ipſa quoq
turit hinc? Itaque quemadmodum equi ſalaces,
ebrietatis æſtro concitati, omnibus inſultant petul
quàm equi geſtientes: turpia multa committunt,
dicere quidem fas eſt. Nec quid agant enim, quid
Sobrius. tiantur, amplius tum norunt. At verò non eſt ta
brius, ſed hic in portu ſedens, aliorū naufragia ſp
voluptate fruitur mera, & conſtante; vitam, quæ h
nem deceat, liberam viuens. Quæ cùm videmu
tres, quid non voluptates, pernicioſa conuiuia vita
& ſimplicem potius perſequimur victum? vt cor
ſimul & animo rectè comparati, virtutibus pleni,
ris aliquando bonis potiamur. Quæ vt omnibus n
contingant gratia faxit Domini noſtri IESV Chri
Ruſus idem Chryſoſtomus in ſermone ſuper

* Ca

Carnis concupiſcentias ne ſectemur, quę generant mortem. Velim, inquit, eſſe admonitos, & eos maximè, quos grata conuiuia delectant. Non enim ſunt illa pro cibo, vel animi remiſſione habenda, ſed pro ſupplicio, & tormentis. Quippe non indecẽs, & indecorus ſermo, ſed grauis, & moderatus; & cibo expleri, non frangi in oblectamentis ducenda ſunt. Quodſi his rebus ineſſe aliquid voluptatis exiſtimaueris, adfer mihi, quam heri, & veſperi ex his cõcœnationibus ceperis voluptatem: nullam habes: deinde & quæ illam aſſequantur noxia.

Grata cõuiuia pro ſupplicio & tormentis habenda.

Sitque mihi interea de voluptate, quę ſtatim deflaccet, & fluit diſceptatio. Simulac enim miſſum conuiuium fuerit, euolat omnis ex eo cepta iucunditas, cumque & vomitus, capitiſque grauedines, & languores innumeros, animique capturam, & illecebras commemorauerim; quid ipſe ad hæc reſpondebis? Nec enim decet per paupertatis occaſionem agere impudenter. Hæc autem dixerim, non vt omnino negem conueniendum inter nos eſſe nonnunquam, & concœnandum; ſed vt inhoneſta, & turpia interdicam; cupiamque luxum in cibum conuerti, qui dolore, temulentia, & laſciuia careat; vtq; vel gentes intelligant Chriſtianos noſſe modum deliciis facere, id eſt, modeſtè, & temperanter his vti.

Breuitas voluptatis, ex conuiuio perceptæ.

Non decet occaſione paupertatis agere impudenter.

Quatenus conuiuandum ſit.

Exultate, Propheta inquit[a], Domino in tremore. Qualis illa erit exultatio? Hymnos, ſcilicet pronuntiare, orare, & pſalmos pro ſeruilibus illis cantionibus inducere. Hoc pacto Chriſtus & menſæ aderit, & dapes benedictione complebit; cùm preces ad eum fuderis, cùm ſpiritu decantabis, cùm egenos ad victus communionem conuocaueris, conuiuiiſque modum, & temperantiam exhibebis. Sic ex triclinio, Dei domum effeceris; proque immoderatis, & intẽpeſtiuis clamoribus hiſce, & plauſibus Dominum extuleris. Neque id dixeris, extare hoc tempore alias conuiuandi leges: quin potius corrigenda per te erunt, quæ ſe haud rectè habuerint. Si enim, Paulus inquit[b], cibum ſumitis aut potum, ſeu aliud quodcumque agitis, omnia in Dei laudem facitote. Solent namque ex iſtiuſmodi epulis tum turpia nobis deſideria, tum omnis laſciuia obuenire.

a Pſalm. 2.

Quomodo in conuiuiis ſit exultandum.

Malè nũc conuiuantium excuſatio.

b 1. Corint. 10.

Omnia in Dei laudem ſunt facienda.

Malarũ epularum prouẽtus.

In con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In conuiuiis frugalitatem, & ſobrietatem ſeruand

CAP. VII.

CAETERVM quia Canonici, & alij eccl
peſsimè in populo audiunt propter ill
conuiuiis luxum, & delicias, ad demonſt
frugalitatem & ſobrietatem in illis præſtantio
non grauabimur adhuc ex D. Chryſoſtomo, at
hocipſum demonſtrare, atque comprobare. In h
enim ſuper illo, quod nemo lęditur niſi à ſemet
cipiamus, inquit, ſi videtur, à conuiuiis, & à m
affluentia. In his enim diuitiarum magnificent
catur: conferamus mēſam diuitis & mediocris,
cutiamus vtroſque conuiuas. Qui magis qu
qui puram, veramque vtriuſque menſę capiūt
tem. Illínam, qui tota die attritis, & laſſeſcent
tis recumbunt, & cœnas prandiis iungunt, qui
tris diſtentione rumpuntur, atque oppreſsione
ſuorum premūtur. In quorum corpore vini in
ne, velut naufragij cuiuſdam fluctibus, obru
necatur, vbi neque oculus, neque lingua, neque
priis deſeruit officiis, ſed omnia membra corp
vinculis iacent vincta grauius, quàm catenis; v
por eis ipſe ad quietem datur, neque ad ſalubrit
dit, ſed exterriti ſomniis inſanientibus, & fure
teriores fiunt; & quaſi ſponte dęmones ſuper
mæ ſuæ; riſus, & ſpectaculum omnibus etiam
ſuis fiunt. Nihil agnoſcunt eorum, quæ viden
norunt; dicere aliquid, & audire non poſſunt,
fœdiſsima portantur de accubitis ad lectos. In
igitur conuiuiis magis voluptas eſt, an in illis, v
potuſque tantus eſt, quantus famem depellat,
Hunc modum vitę natura docuit, illum corrup
dinis inuenit. Ideo denique in hoc etiam ſanit
& ratio permanet, & honeſtas cum ſobrietate
rat; nec grauatum corpus, atque oppreſſum le
conuiuio, ſed adiutum potius, atque auctum vi
taque alacritate ſubnixum ſurgit incolume.

Quodſi tibi parū fidei habere ſermo noſter v
vtrorumque corpora animoſque conſidera; &
illa magis robuſta, & valida, ac ſucci plena, quæ

Chryſoſt. in Hom. quod nemo lęditur niſi à ſeipſo.

Menſarum diuitis, & mediocris collatio; & vtrà melior ſit.

Incommoda menſæ diuitis.

Menſa mediocris.

Sobriorum corporū diſpoſitio.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ꝛcribus,ac ſimplicibus vtũtur alimoniis. Nec mihi nunc adducas in medium, ſi qui fortè ex accidenti ægritudine,aut qualibet debilitate fatigantur. Alia eſt iſta cauſa, & alio in tempore requirenda. Hi verò,qui in deliciis, ac luxuria vitam ducunt, reſoluta quidem corpora, & omni cera molliora circumferunt, atque agmine quodam infirmitatum repleta,quibuſque ad cumulum malorum podagrę tremor & immatura ſenectus ſuccedit, & eſt eis vita ſemper cum medicis, & medicamentis; ſenſus autem ipſi tardi,graues,obtuſi,& quodammodo iam ſepulti. Et ſi aliquid voluptatis,aliquid iucũditatis habent,quis hæc iucunda dicat, & grata,qui tamen nouerit, quid ſit iucunditas, & voluptas? A prudentibus enim ita definitur; quia hæc ſit ſola voluptas,cùm quis deſideriis ſuis fruitur. Vbi verò frui deſideriis non poteſt, dum vel ægritudo non ſinit, vel ſatietas ipſa deſiderari non facit,quę oneroſa efficit abundantia,ſine dubio, & voluptas in eis pariter & iucunditas perit.

Mala diſpoſitio corporũ in deliciis viuentium.

Voluptas quid ſit.

Denique conſidera ægros, qui faſtidio perurgentur, quomodo,quamuis ſuaues eis, & lauti apponãtur cibi, horrori tamen eos accipiunt magis, quàm voluptati. Sic ergò cùm per abundãtiam cupiditas fuerit extincta, pariter & voluptas, ac iucunditas perimitur; quia non tam ciborum gratia, quàm deſiderij gignit ſatisfactio voluptatem. Vnde & Sapiens quis,atque in horũ diſciplina philoſophari bene ſciens,aiebat [a]: Anima in ſatietate poſita fauis illudit: Oſtendens etiam ipſe,quia voluptas non in natura,vt diximus, ciborum, ſed in deſiderij vigore conſiſtit. Propter hoc & Propheta mirabilia enarrans, quæ in AEgypto geſta ſunt, quæque in eremo, inter cætera etiam hoc dicit [b]: De petra melle ſaturauit eos. Equidem nuſquã inuenimus mel fluxiſſe de ſaxo. Quid ergo eſt,quod dixit? Quoniam quidem poſt multam itineris fatigationem, & laborem, ſitiẽtes aquis frigidis è ſaxo fluentibus fruebantur, eaſque multo cum deſiderio hauriebant. Hoc ipſo ergò quod dulciſſimè, & deſiderabiliter potãdi cupiditas explebatur, aquas illas mel appellauit, non quòd natura aquarum fuerit commutata, ſed quòd dulcedo poculi inſtar mellis ſitientibus, & deſiderantibus obtineret dulcorem.

Cupiditas, & voluptas per abundantiam extinguuntur.

a *Prouerb.27.*

Voluptas in quo conſiſtat.

b *Pſal.80.*

Qui de petra melle ſaturati eſſe dicantur.

M Igitur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Igitur cùm hæc ita ſint, nec dubitari à quoque
his poſſit, niſi ſit aliquis aut contentioſus, aut
mus, nónne palam eſt & in propatulo, quod ſimp

Menſa mediocris longè melior eſt diuitũ.

victus, & menſa mediocris plurimum iucundita
beat, & voluptatis: è contra verò diuitum menſ
crabiles, & horridæ, ac morborum & contamin
plenæ, & ſicut ait quidam prudentium, in quibu
ſta ſint etiam ea, quæ delectabilia videntur. Eode
tinent & ea, quæ D. Chryſoſtomus habet in H
49. in 14. cap. Matth. & in Homilia 72. in 22. ca
Homil. 27. in epiſt. 1. ad Corint. & Hom. 2. ad
chenos. Sed breuitatis ſtudio illa omittimus.

a lib. 30. moral. cap. 27. Quinque modis à gula tentamur.

D. verò Gregorius tradens quibus modis à gu
temur [a]: Sciendum eſt, inquit, quia quinque mo
gulæ vitium tentat. Aliquando namque indigẽ
pora præuenit; aliquando verò tempus non p
ſed cibos lautiores quærit; aliquando verò quæ
da ſunt, præparari accuratius expetit; aliquando
& qualitati ciborum & tempori congruit, ſed
quantitate ſumendi menſuram moderatæ re
excedit. Nonnunquam verò & abiectius eſt, qu
derat, & tamen ipſo æſtu immenſi deſiderij
peccat [b]. Mortis quippe ſententiam patris ore
meruit, quia in guſtu mellis conſtitutum ed
pus anteceſſit [c]. Et ex AEgypto populus educt
mum occubuit; quia deſpecto manna, cibos
petiit, quos lautiores putauit [d]. Et prima filior
culpa ſuborta eſt, quòd ex eorum voto ſacerd
non antiquo more coctas vellent de ſacrificio
accipere, ſed crudas quærerent, quas accuratius
rent [e]. Et cùm ad Hieruſalem dicitur [f]: Hęc fui
tas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas p
abundantia: apertè oſtenditur, quòd idcirco
perdidit, quia cum ſuperbiæ vitio menſuram m
refectionis exceſſit. Et quia non cibus, ſed app
vitio eſt, propterea lautiores cibos plerumque
pa ſumimus, & abiectiores non ſine reatu co
deguſtamus. Vnde & antiquus hoſtis, quia non
ſed cibi concupiſcentiam eſſe cauſam damnati
telligit; & primum ſibi hominem non carne, ſed

b c. quinque modis. de conſecrat. diſt. 5.
c 1. Reg. 14.
d Exod. 16. Eſdræ 2. cap. 9. Iudith 5.
e 1. Reg. 2.
f Ezech. 16. Iniquitas Sodomæ.

tentauit, hinc eſt, quod plerumque Adam culpa committitur, etiã cum abiecta, & vilia ſumuntur. Nam cùm alimenta quædam ſaluti noſtrę Deus contraria iudicat, ab his nos quaſi per ſententiam vetat. Et dum concupiſcentes noxia attingimus, profectò quid aliud, quàm vetita deguſtamus? Ea itaque ſumenda ſunt, quæ naturæ neceſſitas quærit, & non quæ edendi libido ſuggerit. *Quæ nobis edenda ſint.*

Proles & fructus gulæ. Et idem tradens quæ ex gulæ vitio peccata prodeãt[a]: De ventris, ait, ingluuie inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo ſenſus circa intelligentiam propagantur. Quod idẽ alibi[b] latius demonſtrans, dicit: Gulæ deditos ſuperfluitas locutionis, leuitas operis, atque luxuria comitatur. Niſi enim illos immoderata loquacitas raperet, diues ille, qui epulatus quotidie dicitur ſplendide[c], in lingua grauius non arderet, dicẽs: Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flãma. Quibus profectò verbis oſtẽditur, quia epulando quotidie, crebrius in lingua peccauerat, qui totus ardẽs, refrigerari ſe in lingua præcipuè requirebat. Rurſum quia gulæ deditos leuitas protinus operis ſequitur, auctoritas ſacra teſtatur, dicens[d]: Sedit populus mãducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere; quos plerumq; edacitas ad luxuriam pertrahit; quia dum ſatietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur. Admonendi ergò ſunt gulæ deditii, ne in eo, quod eſcarum delectationi incumbunt, luxuriæ ſe mucrone trãsfigant: & quanta ſibi per eſum loquacitas, quanta mentis leuitas inſidietur, aſpiciant, ne dum ventri molliter ſeruiunt, vitiorum laqueis crudeliter aſtringantur. Tanto enim longius à ſecundo parente receditur, quanto per immoderatum vſum, dum manus ad cibum tenditur, parentis primi lapſus iteratur. Itaque ne aut gulæ deditos appetitus à mentis ſtatu deijciat, aut abſtinentes afflicta caro ex elatione ſupplantet, audiant illi ex ore veritatis[e]: Attendite vobis, ne fortè grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate, & curis huius mundi. Vbi vtilis quoque pauor adijcitur; Et ſuperueniat in vos repentinus dies ille. Tanquam laqueus enim veniet in omnes, qui

Gulæ deditii, quomodo admonendi ſint.

a lib. 31. moral. cap. 31.
b 3. par. cu. paſtor. admonitio. 20.
c Luc. 19.
d Exod. 32. 1. Corinth. 10.
e Luc. 21.

a 1.Corinth. 6. ſedent ſuper faciem omnis terræ. Audiant illi[a]:
ventri, & venter eſcis; Deus autem & hunc, & hanc
b Philipp. 3. ſtruet. Audiant illi[b]: Quorum Deus venter eſt, &
c Rom. 14. ria in confuſione ipſorum. Audiant illi[c]: Bonum
non manducare carnem, & non bibere vinum, neque
d 1.Timoth. 5. quo frater tuus ſcandalizatur. Audiant iſti[d]: Mo
vino vtere propter ſtomachum tuum, & frequẽtes
infirmitates. Quatenus illi diſcant cibos carnis in
natè non appetere, & iſti creaturam Dei, quam co
petunt, non audeant condemnare.

Huc pertinent & illa, quæ B. Iſidorus tradit li
de ſummo bono cap. 42. quę breuitatis cauſa om
tur. D. verò Bernardus de hac voluptate conui
e vt refert Dionyſ. Richelius in opuſc. de vita eccleſ. art. 7. loquens[e]: Voluptas, inquit, gutturis, quæ tan
æſtimatur, vix duorum obtinet longitudinem
rum, & huius tam modicæ partis, tam exigua
tio, quanta paratur ſolicitudine, quanto ſumpt
grandi labore; quantam deinde parit moleſtiam
monſtruoſius dilatantur renes, & humeri: hinc
tes vteri non tam impinguantur, quàm impreg
ruina, dumque carnis on[illegible]s oſſa non ſuſtinent,
varij generantur.

f lib. 2. aduerſ. Iouinian. Libidinis ſeminarium. D. verò Hieronymus[f]: Eſus, inquit, carnium
tus vini, ventriſque ſaturitas, ſeminarium libid
Vnde & Comicus; Sine Cerere, & Libero frig
nus. Quod ſi quis exiſtimat, & abundantia ci
potionumque ſe perfrui, & vacare poſſe ſapien
eſt, & verſari in deliciis, & deliciarum vitiis no
Sapientiæ ſtudio & deliciis ſimul quis vacare non poteſt. ſe ipſum decipit. Sapientiæ enim ſtudio, & deli
mul quis vacare non poteſt. Cùm enim procul
remori ſæpe capiamur naturæ illecebris, & cog
la cupere, quorum copiam nõ habemus: quanto
ſic circundati retibus voluptatum, eſſe nos libero
tremur? Abſque guſtu, & cibis impoſſibile eſt h
corpus ſubſiſtere. Adeſſe ergò debet ratio, vt n
Quantum cibi ſumendum ſit. tantas ſumamus eſcas, quibus non oneretur corp
libertas animi prægrauetur; quia & comedend
& deambulandum, & dormiendum, & digerend
Prouerb. 20. Luxurioſa res vinum. poſtea inflatis venis incentiua libidinum ſuſt
Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas. C
qu

qui cum his miſcetur non erit ſapiens. Ne tales cibos accipiamus, quos aut difficulter digerere, aut comeſos magno partos, & perditos labore doleamus. Olerum, pomorum, ac leguminum, & facilior apparatus eſt, & arte impendiiſque coquorum non indiget; & ſine cura ſuſtẽtat humanum corpus, moderateque ſumptus (quia nec auidè deuoratur, quod irritamẽta gulæ non habet) leuiore digeſtione concoquitur. Nemo enim vno, aut duobus cibis, hiſque vilibus, vſque ad inflationẽ ventris oneratur; quæ diuerſitate carnium, & ſaporis delectatione percipitur. Cùm variis nidoribus fumant patenæ ad eſum ſui expleta eſurie, quaſi captiuos trahunt. Vnde & morbi ex ſaturitate nimia concitantur; multique impatientiam gulæ vomitu redimunt; & quod turpiter ingeſſerunt, turpius egerunt. Hippocrates in aphoriſmis docet, craſſa, & obeſa corpora, quæ creſcẽdi menſuram compleuerint, niſi citò ablatione ſanguinis imminuantur, in paralyſim, & peſſima morborum genera erumpere, & idcirco neceſſariã eſſe demptionem, vt rurſum habeant in quæ poſſint creſcere; non enim manere in vno ſtatu naturam corporum, ſed aut creſcere ſemper, aut decreſcere, nec poſſe viuere animal, niſi creſcendi capax ſit. Vnde & Galenus vir doctiſſimus Hippocratis interpres; Athletas, quorum vita, & ars ſagina eſt, dicit, in exhortatione medicinæ, nec viuere poſſe diu, nec ſanos eſſe; animaſque eorum ita nimio ſanguine & adipibus, quaſi luto inuolutas, nihil tenue, nihil cæleſte, ſed ſemper de carnibus, & ructu, & ventris ingluuie cogitare.

Qualibus vtẽdum ſit cibis. c. ne tales. de cõſecrat. diſt. 5.

Morbi ex ſaturitate nimia concitantur.

Craſſorũ corporum pericula, & mala.

Corpora in vno ſtatu non manent.

Quare in concilio Aquiſgranenſi primo, in quo Canonicis viuendi regula præſcripta eſt, legitur [a]: Solet in Canonicorum congregationibus irrationabiliter, atque indiſcretè fieri, vt nõnulli clerici, qui & diuitiis affluũt, & aut parum, aut nihil vtilitatis eccleſiæ conferunt, maiorem cæteris diuinum ſtrenuè peragentibus officium, annonam accipere; cùm hoc ita fieri debere nuſquam, nec in auctoritate ſcripturarum, nec in traditionibus ſanctorum Patrum poſſit quoquo modo ſancitũ reperiri. Sed quia huiuſmodi factũ nulla auctoritate fulcitur, ſed magis gulæ, imo auaritię cauſa cõſtat eſſe inolitum,

a cap. 121.

reſtat, vt falce iuſtitiæ reſecetur, & æquitatis conſi iiſdem locis, in quibus fit, prorſus abdicetur. Eſt t rationabile, iuſtumque coram Deo, & hominibu vnaquaque canonica congregatione, à minimo ad maximum, cibum, & potum omnes æqualiter piant, hi etiam videlicet, qui propter aliquā vtili in numero Canonicorum ſunt admiſſi. Quanquam rique ſubditorū à Prælatis rebus quibuſlibet ali cæteris meritò ſoleant honorari, in hac tamen te, ſecluſa perſonarum acceptione, vna debet potus æqualitas eſſe.

a anno 1539.
Qualis Canonicorū debeat eſſe menſa.
b cap. 14. in form. viuen. Cano. d. conc. Vide Tertull. lib. apol. aduerſ. gent. cap. 39. c. fin. diſt. 44. & Hierony. in epiſt. ad Furiū. ad Euſtochiū de virginit. ſeruāda.
De modo comedendi.
c in d. formu. viuen. cap. 38.

Et in formula viuendi Canonicorum in cōcili demenſi edita[a] habetur: Sit Canonicorum men galis, de cibis ſimplicibus, nō nimis delicatis, ne groſſis, ſed mediè temperatis, quia hoc expedit tatem corporis[b]. Finitis igitur diuinis, quand dendi tempus aduenit, cum omni ſobrietate, & dine Canonicus cibum ſumat, ſemper; Benedic mittendo flexis genibus, vel reuerenter ſtando, moſynam aliquam corporalem, ſi facultas adeſt, ſimiliter & ſpiritualem, ſcilicet, De profundis, lecta pro animabus in purgatorio detētis, ſimil afflictis, & tribulatis aliquid poteſt breuiter me ctare, prout Dominus dederit[c]. Modum in come teneat, quem D. Bernardus deſcribit, vt ſcilicet cibum, & potū ſumat, ſingulos morſellos bene cando, quia tūc dulcius ſapit, nutrit melius, & dig ſalubrius. Omnino memor ſit ſanctorū angelorū ſentiam adeſſe, in quorū conſpectu ſe reuerēter debet[d]. Faciat etiā ſibi aliquid legi de diuina ſcri vt non ſola fauce corporalē cibum ſumat, & me ferculo fraudetur. Si verò lectorē nō habet, tūc p brū ante ſe, & quantū poteſt legat pro habēda me ſpiritualiū[e]. Cōuiuia & hoſpites, & nūdinas, & d tiones, & cōcurſus hominū ſtudeat euitare, quia Hieronymo, ſunt quaſi quædā catenę voluptatis, talia diligit, Chriſto diſplicet. Si tamen hoſpites res, aut religioſos habuerit; aut viros boni teſti qui eum à bono propoſito non retrahāt, laudabil

d in d. formu. viuen. cap 39.
Lectio ſacra in menſa fiat.
e in d. for. viuen. cap. 40.
De conuiuiis Canonicorum.
f d. loco cap. 41
De gratiis agendis. vide Chryſoſt. Hom. 1. de Lazaro. c. fin. diſt. 44.

Facto prandio, gratias dicat, ſimul dolendo ſi

do, aut menſura exceſſit, quia ſecundum ſententiam B. Auguſtini, rarò poteſt debita menſura ſeruari. Ait enim[a]: Certo quotidie aduerſus manducandi concupiſcentiam, & bibēdi; & quis eſt, qui non rapitur aliquantulum extra metas neceſſitatis[b]? Deinde poteſt pro recreatione, quaſi ſpatiando tranſire, ſine magno motu, quia hoc eſt ſanum. Eccleſiaſtici enim, qui volunt ſolicitè ſuum officiū exercere, non habēt tempus pro groſſis laboribus faciendis. Et ergò debent ſe diligentius regere in dietis quotidianis, ne in diuino officio inhabiles fiant. Poſthæc ſi naturæ ſuæ conuenit, poteſt parū quieſcere, & maximè in æſtate, ne caput grauetur[c]. Reliquū tempus vſque ad veſperas, poteſt liberè expendere ſicut placet, videlicet ſcribendo, legendo, carpentando, aut in hortulo aliquid plantādo, ſiue cum familia colloquendo de cura rei familiaris, & neceſſariis domus. Semper illud obſeruādo, ne cor nimium elongetur à Deo, quia alias difficulter redibit in priſtinam deuotionem. Si autem ſentit ſe grauatum, tunc poteſt honeſta colloquia, & ſolatia admittere. Cùm autem veſperarum tempus aduenerit, tunc præparet ſe ad illas iuxta ritum, & morem eccleſiæ ſuæ[d]. Deniquè cœnandum eſt, procedat, ſicut dictum eſt de prandio[e]. Si verò ieiunium extiterit, tunc ſecundum conſuetudinē poteſt aliquid guſtare, ſiue de ſpeciebus, ſiue torta cum potu competenti[f]. Semper tamen obſeruandum eſt, quod cœna frugalis ſit, & ſobria: Alioquin multa inconuenientia ſentiet. Mirum eſt dicere, quomodo nonnulli de eleemoſynis pauperum, ventrem replent, vltra quàm digerere poſſunt. Quodſi gratis huiuſmodi deliciæ darentur, fortè ſimplex malum eſſet, ſcilicet corporis debilitatio. Nunc autem animæ grauamen accreſcit, pro eo quod vix aliquis poteſt ſatisfacere pro eleemoſynis, etiamſi tantum extremum victum, & veſtitum inde ſuſciperet. Quid ergò de iactura hac tam grandi tot epularum, & deliciarum? De hac ſunt horrendæ ſententiæ B. Hieronymi, & Bernardi[g]. D. verò Gregorius libro primo moral. cap. 5. dicit conuiuia ſine culpa vix celebrari poſſe; magnaque purgatione ſacrificiorum diluendas eſſe epulas conuiuiorum. Non-

a lib. 10. confeſſionū cap. 31.
b d. loco cap. 43
Quid faciendū ſit Canonicis poſt prandium.
c d. loco c. 44.
d d. loco cap. 45
De cœna.
e d. loco c. 46.
f cap. 47.
g d. loco c. 48.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nulla quippe ſunt vitia quæ à conuiuiis aut ſepara
poſſunt, aut certè nequaquam poſſunt. Penè enim
per epulas comitatur voluptas, cumq; venter re
lingua defrænatur, & cor ad inane gaudium re

Quomodo veſperi eundum ſit cubitum, & manè ſurg

CAP. VIII.

Quid poſt cœnam faciẽdum ſit.

COMPLETO denique die quorundam m
quod nihil poſt cœnam loquantur, ſed a
rium feſtinat pro exercitiis ſpiritualibus.
tem honeſtè quis recreari voluerit cum familia
inconueniens[a]. Quo facto antequam lectum pe
ligenter ſe recolligat, quomodo diem expend
negligentiis veniam petendo; &, ſi aliqua notab
cata, licet venialia, inueniat ſe admiſiſſe, dilige
ſcribat, ne obliuiſcatur, vt craſtino die ea con
De bene autem geſtis gratias agat ſimul rogan
vt futuram noctem ſibi ſalubrem, & in puritat
ſtitate, & ſine omni dæmonum infeſtatione p
tranſire concedat, quatenus iterũ manè ſurgens
ipſum cum omnibus Sanctis laudare mereatur.
etiam aliquid boni ſtudeat cogitare, donec ſi
ſancta cogitatione obdormiat[b]. Nam ſicut n
quies corporis valetudini, vel prodeſt, vel offi
diurnam animi compoſitionẽ magni refert, q
veſpere incumbens; nocte quieſcens; manè eu
que è lecto conſurgens te habeas. Et quia man
mi collectio ferè ex veſpertino tempore pend
idcirco præter alia, quæ dicta ſunt, petatur à De
pro vera cognitione, & deteſtatione peccatoru
acto die commiſſorum, & ſeriò proponatur i
cum Dei gratia vitę emendatio, & maximè in
catis, in quæ ſæpius, aut grauius eo die lapſus f
oret Christum Dominum noſtrum, vt lecto,
mienti ea nocte adeſſe dignetur cum matre ſua
ſima, angelo cuſtode, ſanctiſque patronis, ad q
quam præſentes, mens etiam & oratio conuert
taliq́ue ſancta cogitatione obdormiendum.

Quid faciendũ antequam lectum ingrediatur.

Quomodo manè ſit ſurgendum.

Vbi verò primum euigilamus, vel nocte, vel
cauendum ſummoperè eſt, ne primitias cogita

a *d. loco cap. 49. & 50.*

b *in d. formu. cap. 51. & 52. Præfectus Sodalit. B. Mar. Colo. par. 1. piar. et Chriſt. inſtit. tit. de modo mane ſurg. & veſp. incumben.*

noſtrarum alius præter Deum habeat. Solet enim diabolus primis diei cogitationibus vehementer inſidiari, quòd ſciat ab illis ferè reliquam diei conſtitutionem in homine pendere. Nam qualis quiſque manè eſt, talis eſt frequẽter reliquo die. Prima igitur cogitatio nocturna, vel matutina, ſit gratiarum actio ad Deum, B. Virginẽ, angelum cuſtodem, cæteroſque ſanctos patronos ſuos, quorum ſe curæ, & fidei ea nocte cõmiſit, quòd ſe conſeruarint, ſibi adfuerint, dæmonem fugauerint; oretque humiliter, vt toto die ſe non deſerant, ſed in actionibus omnibus iuuent. Si tempus ſurgẽdi necdum aduenerit, occupetur mens cogitatione ſancta, aut oratione. Caueatur autem ne externæ cogitationes irrepant, maximè verò turpes, aut de negotiis futuris, quãtumuis ſub ſpecie magnæ vtilitatis ſeſe inſinuẽt, aut ingerant. Cùm autem erit hora ſurgendi, ilico ſurgatur, factoque ſigno crucis, orationes aliquæ piæ recitentur, quibus animus ab euagationibus, dum corpus veſtitur atque componitur, cohibeatur, & dicatur hymnus & aliȩ preces, quas in prima claſſe florum è pſalmis à nobis decerptorum & collectorum poſuimus.

De comeſſationibus, ebrietate, & crapula fugiendis.

CAP. IX.

SAPIENTISSIMVS ille Salomon erudiens filiũ ſuum præceptis pulcherrimis [a]: Noli, inquit, eſſe in conuiuiis potatorum, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt, quia vacantes potibus, & dantes ſymbola, conſumentur, & veſtietur pannis dormitatio. Et D. Paulus Romanis ſcribens [b]: Abijciamus, inquit, opera tenebrarum, & induamur arma lucis; ſic vt in die honeſtè ambulemus, non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione, & æmulatione, ſed induimini Dominum IESVM Chriſtum, & carnis curã ne feceritis in deſideriis. Et ad Galathas [c]: Manifeſta ſunt opera carnis, quȩ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt regnum Dei non conſequentur.

a *Prouerb. 23.*

b *cap. 13.*

c *cap. 5.*

Quàm autem grauiter Deus puniri voluerit in [...]
ri lege huiuſmodi peccata, ſatis ex eo liquet, d[...]
citum fuit [a]: Si genuerit homo filium contum[...]
& proteruum, qui non audiat patris, ac matri[...]
rium, & coërcitus obedire contempſerit, apprehe[...]
eum, & ducent ad ſeniores ciuitatis illius & ad p[...]
iudicij, dicentque ad eos: Filius iſte noſter prot[...]
& contumax eſt, monita noſtra audire cont[...]
comeſſationibus vacat, & luxuriæ, atque conui[...]
pidibuſque eum obruet populus ciuitatis, & mo[...]
vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſ[...]
audiens pertimeſcat. Et ſi vnquam alias, nunc m[...]
quoque impleri videtur illud Iſaiæ [b]: Sacerdos [...]
pheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à v[...]
rauerunt in ebrietate, neſcierunt videntem, ig[...]
runt iudicium. Omnes enim menſæ repletæ [...]
mitu, ſordibuſque, ita vt non eſſet vltra locus.

a Deut.21.

Lex contra inobedientes, & comeſſatores.

b 28.cap.

Quare olim ab Apoſtolis rectè conſtitutum le[...]
Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus aleæ [...]
tati deſeruiens, aut deſinat, aut damnetur. Subd[...]
autem, aut lector, aut cantor ſimilia faciẽs, aut [...]
aut communione priuetur. Et in concilio Aga[...]
Ante omnia clericis vetatur ebrietas, quæ omn[...]
tiorum fomes, ac nutrix eſt. Itaque eum, quem [...]
fuiſſe conſtiterit (vt ordo patitur) aut 30 dieru[...]
tio à communione ſubmoueatur, aut corporal[...]
tur ſupplicio. Quæ pœnæ ſic fuerunt diſiunctiuè [...]
ptæ, vt diſcretus iudex quem huic vitio dedi[...]
nimaduerteret, & quod à communione priue[...]
ui penderet, corporali potius ſupplicio caſtiget[...]
ſtienſis verò dicit [f], quod Epiſcopus, presbyter, [...]
conus deſeruiens ebrietati, ſi non deſinat, depo[...]
ſubdiaconus & etiam inferior, ſiue clericus, ſiue [...]
communione priuetur. Si verò ſemel ebrius fue[...]
30 dierum ſpatio à communione ſubmoueatur [...]
ſubdatur ſupplicio corporali. Et ſi à Superiore [...]
monitus hoc modo non ſatisfecerit, ab officio, & b[...]
ficio ſuſpendatur.

c can. 24. & c. Epiſcopus. diſt. 35.

d cap. 4. & c. fin. diſt. 35.

e Diaz in pract. crim. cano. cap. 71.

f in ſum. tit. de temp. ordinat. & qual. ordinan.

Nam in concilio generali Lateranenſi ſub Inn[...]
tio 3 celebrato conſtitutum fuit [g]: A crapula, & [...]

g cap. 15. & c. à crapula. de vita & honeſtate cleri.

tate omnes clerici diligenter abſtineant, vnde vinum ſibi temperent, & ſe vino; nec ad bibendum quiſquam incitetur, cùm ebrietas mentis inducat exilium, ſeu exitium, & libidinis prouocet incentiuum. Vnde illum abuſum decernimus penitus abolendum, quo in quibuſdam partibus ad potus æquales ſuo modo ſe obligant potatores. Et ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit. Si quis autem ſuper his culpabilem ſe exhibuerit, niſi, à ſuperiore commonitus, ſatisfecerit, competenter à beneficio, vel officio ſuſpendatur.

Nemo ad bibendum incitandus eſt.

Tollitur abuſus potandi ad hauſtus æquales.

Pœna ebriorū, & ad hauſtus æquales potantium.

Hinc & in concilio Cameracenſi ſtatutum hoc promanauit[a]: Quantum probri, & incommodi ebrietas adferat, cum omnibus ordinibus reipublicæ, tum clero maximè, res ipſa docet: Atque eam ob rem ebrioſum hominem nauigio iactato ſine vllo gubernaculo Salomon comparat[b]. Nec enim vllum poteſt virtutis, aut mentis conſtans officium præſtare, qui temulentiam, & ebrietatem ſectatur. Propterea lege veteri ſacerdoti mandabatur[c], vino vt abſtineret, quo tempore munus ſacerdotij eſſet obiturus. Quare præcipit ſancta Synodus, vt quicumque in clero fuerit annumeratus, ab hac ebrietatis, & crapulæ macula ſe prorſus abſtineat. Tollatur autem omnino turpis ea conſuetudo, qua mutuo ſe quandoque prouocant ad hauſtus æquales, certantque hac infamia reliquos vincere. Iſaias enim iis execrationem denuntiat[d], qui potentes ſunt, ad bibendum. Quicumque verò ex clero hanc normam contempſerit, niſi à ſuperiore monitus paruerit, caſtigetur: caſtigatus ſi non reſipuerit, ſuſpendatur ad tempus, ſiue ab officio, ſiue à beneficio. Homini eccleſiaſtico, quacumque dignitate fulgeat, plus laudis adfert frugalitas in menſa, quàm ſumptus; plus dedecoris exquiſitus apparatus, quàm ſimplex; plus moleſtiæ longus accubitus, quàm breuis, & naturæ ſufficiens. Sit ergò cultus in menſa, & conuiuiis potius in grauitate, ſobrietate, & ſale conditis ſermonibus, quàm in pompa & deliciis; atque ita deteſtetur clericus comeſſationes, quę ventri ſic ſeruiunt, vt menti noceant.

a *de vita & honeſt. cler. cap.* 1. & 2.

b *Prouerb.* 23.

c *Leuit,* 10.

d *Iſa.* 5.

Frugalitas in menſa eccleſiaſticorum laudanda eſt.

Conci-

a de vit. & honeſt. cler. cap. 5.

Concilium verò Mechlinienſe ſtatuit[a]; vi[...]
tabernarum frequẽtatione, ebrietate, comeſſatio[...]
& ſuſpecta cum mulieribus conuerſatione, & c[...]
tione omnino abſtineãt: neque prandia ad veſp[...]
horas protrahant, neque choreas ducãt, aut pe[...]
vel domos noctu, & interdiu laruati incedant. [...]
quenquam contrarium factum fuerit, priuatio[...]
butionum, & fructuũ ſui beneficij ſeu officij p[...]
ſem puniatur, & creſcente contumacia, creſcat [...]
& pœna.

Prandia à clericis vſque ad veſperas protrahenda non ſunt.

Hinc & in Synodo Buſcoducenſi prima rec[...]
ſtatutũ fuit[b]: Cùm clericos nõ tantum doctrin[...]
vitæ integritate cæteris prælucere, ac iis dotib[...]
tos eſſe oporteat, quas Apoſtolus in Epiſcopis, [...]
teris, & diaconis requirit[c], vt corũ vita aliis [...]
tatem incitamentum, mandamus omnibus cl[...]
ſtræ diœceſis, vt in iis eccleſiis, quibus aſſcripti[...]
neſtè, grauiter, & modeſtè ſe gerant, ac Deu[...]
religioſè colant, caueantque diligenter, ne cri[...]
quo, aut turpitudine vitæ iis ſint offendiculo, [...]
exemplo eſſe debent. Et quia inter alia vitia, q[...]
do clericalis apud populum maximè vileſcit, & [...]
temptum venit, primum locum obtinẽt, incon[...]
auaritia, & ebrietas, quibus clerici ſe hactenus [...]
polluerunt; diſtrictè præcipimus, vt quæcumq[...]
iuſmodi ac aliis vitiis à clero vitandis in gene[...]
dentino, & prouinciali Mechlinienſi conciliis [...]
canonibus copioſè, & ſalubriter conſtituta ſunt, [...]
nibus clericis, ſub pœnis inibi contẽtis, noſtriſq[...]
trariis inuiolabiliter obſeruentur. Vt autem ha[...]
vitia, quæ ex otio, omnium malorum fonte, o[...]
à clericis facilius vitari poſſint, eoſdem mone[...]
ſtudio, & lectioni ſacrarum ſcripturarum, & b[...]
auctorum ſe totos dedant, & comparẽt potiſſi[...]
blia ſacra, concilium generale Tridentinum, & p[...]
ciale Mechlinienſe, atque hoc noſtrum diœceſa[...]
quibus normam bene viuendi depromant.

b tit. de vit. et hon. cler. cap. 1. 2. & 3.

c 1. Timo. 3. & Tit. 1.

Otium omniũ malorum fons.

Cæterùm quia hoc ebrietatis vitium tantop[...]
ordinẽ dehoneſtat, non grauabimur, quid de illo [...]
Patres ſenſerint, in mediũ huc adducere. D. enim [...]

nes [...]

nes Chryſoſtomus [a]: Vbi, inquit, ebrietas, ibi diabolus: vbi turpia verba, vbi ſaturitas, illic dæmones choreas agũt. Et idem alibi [b]: Diabolo nemo magis amicus eſt, quàm qui deliciis & ebrietate maculatur: hic enim fons, hęc mater atque origo vitiorum omnium eſt. Hac via olim Hebræos in cultum diabolus idolorũ iniecit, hac iniquos amores Sodomitarum inflammauit. Hæc enim, ait, iniquitas eſt Sodomæ, in copia & plenitudine panis luxuriabantur. Hac denique via mille alij gehẽnæ traditi periere. Quid enim deliciarũ hæc fœditas mali non inducit? Sues ex hominibus facit, imò verò etiam ſuibus multò deteriores. Audiui enim multos, cùm inſanæ iſtæ accidũt paſſiones, dicentes: Vtinam non eſſet vinum. O amentiam ſingularem, ô ſtoliditatem inauditam; Alij delinquunt, & Dei tu dona criminaris? Putaſne à vino hoc factũ malum? Non fecit vinum certè; ſed incontinentia eorum, qui vino abuſi ſunt. Dicas ergò: vtinam non eſſet ebrietas, non eſſent delicię. Si verò dicis; vtinam non eſſet vinum, ordine paulatim progrediens, optabis ne ſit ferrum propter homicidium; ne ſit nox propter fures; ne ſit lux propter calumniatores; ne ſit fœmina propter adulterium; & ſic omnia Dei opera tibi deſtruentur. Non igitur ita dicas, nec vinum, ſed ebrietatem crimineris; & ebrio, cùm in ſe fuerit reuerſus, omni dedecore ſuo prius deſcripto, dicas datum eſſe vinum ad lætitiam, non ad turpitudinem noſtram: datum eſt, vt rideamus, non vt derideamur, vt rectè valeamus, non vt ægrotemus: vt imbecilla corpora reficiamus, non vt robur animi deijciamus: honorauit te hoc munere Deus, cur dehoneſtas, propter intemperantiam bibendi, teipſum? Audi quid ad Timotheum dicit Paulus [c]: Modico vino vtere propter ſtomachũ tuum, & crebras ægrotationes tuas. Quod ſi ſanctus vir ille morbo depreſſus, & alternis ægritudinibus laborans, quouſque magiſter permiſit, vino non vtebatur; quam veniam nos conſequemur, vino ad ebrietatem ſani abutentes? Et illi quidẽ dicebat: pauco vtere vino propter ſtomachum tuum. Ebrioſo verò dicit: vtaris modico vino propter fornicationes; vt crebra turpiloquia fugias; propter peſtiferas cupiditates, quas ebrietas parit.

Quod

Vbi ebrietas, ibi diabolus.

a *Hom. 57. ad popu. Antioch.*

b *Hom. 58. in 17. cap. Matth. & Hom. 71. ad popul.*

Deliciæ ſues ex hominibus faciunt.

Vinũ culpandum nõ eſt, ſed incontinentia, & eiuſdẽ abuſus.

Quid ebrio poſt ebrietatem ſit dicendum.

c *1. Tim. cap. 5.*

Modico vino vti licet.

Cur à nimio vino abſtinendum ſit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quod ſi hæc non perſuadent vobis, vt ab bi
neatis, ſaltem propter dolores, & euerſiones
abſtineatis. Non ad mœrorem, nec ad dolorem,
a Eccleſ. 40. lætitiam vinum datum eſt. Vinum enim, inquit
ficat cor hominis; quam eius virtutẽ vos deijcit
quæ lętitia eſt, ſi non es in teipſo, ſi mille dolo
xaris, ſi omnia tibi circumferri videantur, ſi
detentus, quaſi febricitās hominibus indigeas,
caput tuum perfundant. Hæc non omnibus d
velim, imo verò dicta ſunt omnibus; non qui
vino corrumpantur; ſed quia nullam de ebrioſ
ſobrij habent, idcirco ad ſobrios magis oratio
reximus, quoniam & medicus, ægrotis omiſſ
qui ipſis aſſident, alloquitur. Vos ergò ſobrie
Ebrietas turpiſſima eſt inſania. hac turpiſſima inſania vnquam capiamini, &
qui capiuntur, diligenter ſanare curetis. Nolite
iores beſtiis homines fieri: nihil enim vltra, qu
eſt, illæ deſiderant; iſti autem mediocritatis
excedentes, irrationabiliores illis conſtituuntur
Aſini & canes ebrioſo prǽſtantiores ſunt. to enim melior aſinus ebrioſo eſt, quãto canis
tior? Omnes certè animantes, quæ rationis
ſunt, cùm bibunt, aut comedunt vltra quàm
etiamſi mille homines cogerent, nunquam
Peiores igitur irrationabilibus vos eſtis, qui
ni, non apud mentis compotes ſolùm, verumet
vos iudices. Inde namque manifeſtum, canibus
aſinis veſtro vos iudicio eſſe peiores, quia nulla
torum comedere aut bibere cogitis vltra me
Et ſi quis huius rei cauſam quæreret, nemo re
dubitabit, ne comedendi, aut bibendi exceſſ
mento ei ſit. Cùm igitur minus tibi, quàm be
uideas, nónne hoc facto tuo minoris te putare
Crapula. qui te continuè in dolores impellas? Non enim
quo inebriaris, verumetiam in craſtinum ebriet
liquiæ conſeruantur.

Ebrietatis effectus & incommoda. Et quemadmodum cùm febris ceſſauerit, debil
men inde facta diutius remanet, ſic ebrietate tra
effectus tamen eius tam corpus, quàm animam
exagitat. Iacet enim plerumque, tanquam temp
conquaſſata nauis, miſerũ hominis corpus; anima

de

deteſtabili cupiditate compulſa, vehementer accēditur; & cùm iam ab ebrietate reſipuerit, tunc multò magis, quàm prius inſanit. Vinum, dolia, calices, cyathos, & crateres plenos confringens. Et quemadmodum, quamuis tranquillitas ex tempeſtate facta ſit, detrimentum tamen quod inde factum eſt, non reſtituitur, ſi ſemel iactura facta ſit, ſic omnium penè bonorum iacturam ebrij patiuntur. Modeſtiam enim, pudorem, prudentiā, patientiam, humilitatem, omnia hæc quaſi naufragium paſſi, iniquitatis pelago ſubmerſerunt. Verùm multa peiora ſunt, quæ ſequū tur ebrietatem, quàm quæ tempeſtatem. Nam ibi quidem iactura leuior eſt, hîc verò grauiorem nauiculam reddit; quæ, diuitiis virtutum eiectis, arenam, atque aquam fœtidam ex ebrietate ſibi coaceruauit, quibus nauicula cum rectoribus, atque gubernatore ſimul demergitur. Quæ ne accidant, fugiamus, oro, hanc tempeſtatem; reuoluamus ſemper nobiſcum, ebrioſum neminem in cælorum regnum peruenturū. Nolite, inquit Apoſtolus [a], errare: Nec ebrioſi, nec conuitiatores regnum Dei hæreditabunt. Quid regnum cælorum dixi, cùm nec præſentibus quidem iucundè vtantur, noctem in die habentes, & in luce tenebris obuoluti, & apertis oculis nihil rectè videntes. Et ad hoc grauiſſimum illud ſupplicium luunt, cum mœrore ſine ratione conficiantur, inſaniant, ægrotent, ac omnibus ridiculi ſint. Quæ igitur venia ipſis dabitur, qui ſponte tantis ſe malis obruunt? Nulla profectò. Fugiamus igitur hunc morbum, ſi tam præſenti vita, quàm futura frui volumus.

Ebrij patiūtur iacturam omnium bonorū.

a 1. *Corinth.* 6.

Grauiſſimum ſupplicīū quod ebrij luunt hîc.

Ebriis nulla dāda eſt venia.

Huc pertinet & illud D. Hieronymi dicentis [b]: Quartumdecimum locū inter carnis opera, ebrietas tenet [c]. Ebrioſi quippe regnum Dei non poſſidebunt [d]. Et Dominus ad diſcipulos: Cauete, ait [e], ne fortè grauentur corda veſtra in vino & crapula. Vino hominis ſenſus euertitur, pedes corruunt, mens vacillat, libido ſuccenditur. Vnde Apoſtolus clamitat [f]: Et vinum in quo eſt luxuria. Habet vnuſquiſque ſuæ ſententiæ poteſtatem, ego Apoſtolum ſequor, in vino eſſe luxuriam, in vino ebrietatem. Ebrietatem autem, & luxuriam inter carnis opera numerari nec ille poteſt negare,

b *in cap.* 5. *ad Galat.*

c *Galat.* 5.

d 1. *Corinth.* 6.

e *Luc.* 21.

Vini immoderatè ſumpti operatio.

f *ad Epheſ.* 5.

qui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qui eiſdem paſſionibus vincitur. Ebrietas autem [...]
vino, quàm ex cæteris bibēdi generibus, quæ va[...]
do conficiuntur, poteſt accidere: ex quo & de [...]

a ſcilicet de Ioanne Baptiſta. Luc. 1.

citur a: Vinum & ſicerā non bibet. Sicera interp[...]
ebrietas. Et ne quis vinum non bibēs, aliud ſibi [...]
bibendum, excluſa cauſatio eſt, dum omne qu[...]
briare poteſt, cum vino pariter aufertur. Qui[...]
ma, quæ & extrema inter carnis opera, comeſſa[...]
Manducauit quippe populus, & bibit, & ſurrexe[...]

Ebrietati ſemper eſt iuncta luxuria.

dere. Semper ebrietati iuncta luxuria eſt. Pulchr[...]
non ignobilis orator, cùm ebriū de ſomno ex[...]
deſcriberet, ait: Nec dormire excitatus, nec vig[...]
brius poterat. Qua ſententia expreſſit quodam[...]
nec mortuum eum fuiſſe, nec viuum. Nam, vt [...]

b in cap. 44. Ezech.

Statum mentis euertit ebrietas.

c Hom. 44. in Ioan.

ronymus alibi ait [b], perſpicuum eſt ebrietate, [...]
ſtatum mentis euerti; & non plenè nos ſapere, [...]
vini ſatietate animus occupatur. Et Chryſoſto[...]
eadem ſcribens [c]: Hæc, inquit, obtuſum, & craſ[...]
genium, hæc carnalem animam reddit, hæc cæca[...]
lectum, nec ſinit, vt quicquam perſpiciat. Ideoq[...]
ea pernicioſius, nihil ignominioſius eſt.

d ſerm. 231. de temp.

D. verò Auguſtinus ſermonem de ebrietate [...]
Cùm, inquit, fratres chariſſimi, ebrietatis mali[...]
ue vitium, & Deo odibile, ita per vniuerſum m[...]
à pluribus in conſuetudinem miſſum eſt, vt ab [...]

Propter cōſuetudinem putatur ebrietas nō eſſe peccatum.

Dei præcepta cognoſcere nolunt, iam nec pu[...]
credatur eſſe peccatum; in tantum, vt in conu[...]
rideant eos, qui minus bibere poſſunt; & per ini[...]
amicitiam adiurare homines non erubeſcūt, vt [...]
amplius accipiant, quàm oportet. Qui enim a[...]

Quam grauiter peccet cogēs alterum ad nimium potum.

cogit, vt ſe, plus bibendo, quàm opus eſt, inebri[...]
nus malum ei erat, ſi carnem eius vulneraret [...]
quàm animam eius per ebrietatem necaret. E[...]
ebrioſi tales ſunt, quales paludes eſſe videntur, [...]
enim in his naſcitur, nullum fructum habere co[...]
tur: Tales ſunt omnes ebrioſi, quorum prandia [...]
vſque ad noctem; quorum cœnas lucifer videt, q[...]
non poſſunt, etiam cùm videntur eſſe ieiuni, [...]

Peſſimi ebrioſorum mores.

ſenſus tardi, graues, obtuſi, & quodāmodo iam [...]
Denique in ipſa frequenter ebrietate, nec ſeipſo[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

alios recognoſcunt; nec ambulare valent, nec ſtare. Dicere aliquid, vel audire, quod ad rationem pertineat, omnino non poſſunt. Frequẽter etiam vſque ad vomitum ingurgitare ſe non erubeſcunt, & ad mẽſuras ſine menſura bibere. Maiora enim pocula prouidẽtur; certa bibendi lege contenditur; qui poterit vincere, laudem meretur ex crimine. Inde lites, & rixæ naſcuntur, inde diuerſis & horrendis ſaltationibus membra torquẽtur, inde adulteria, & nonnunquam homicidia perpetrãtur. Et quoties nimium potum accipiunt, tanquam in paralyſim reſoluti, dum ſuis pedibus ambulare non poſſunt, fœdiſſima latera, aliorum manibus portantur ad lectum. Et eſt in illis oculorũ caligo, vertigo, fatigatio, & dolor capitis, ſuffuſio vultus, membrorum omnium tremor, animæ, ac mentis ſtupor. In talibus impletur, quod ſcriptum eſt[a]: Cui væ? cui tumultus? cui iræ? cui rixæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum? Nónne his, qui morantur in vino, & eis, qui inueſtigãt, vbi potus ſiunt? & ſtudent calicibus epotandis? Sed illi qui tales eſſe volunt, miſerabiliter ſe excuſare conãtur, dicentes: Ingratum habeo amicum meum, ſi quoties illum ad conuiuium vocauero, potum illi, quantum voluerit ipſe, non dedero. Et nõ ſit tibi amicus, qui te Deo vult facere inimicum, qui & tuus, & ſuus eſt inimicus. Si & te, & alium inebriaueris, habebis hominem amicum; habebis Deum inimicum. Et ideo ſapienter conſidera, ſi iuſtum ſit, vt te à Deo ſepares, dum te ebrioſo coniungis. Ad extremum tu eum noli adiurare, noli cogere, ſed in poteſtate illius dimitte, vt quantum ſibi placuerit bibat, & ſi ſe inebriare voluerit, vel ſolus pereat, & non ambo pereatis.

Fructus ebrietatis. de quibus videetiam Ambroſ. in tract. de Helia & ieiu. cap. 12 15, 16, 17. et 18.

a Prouerb. 23.

Excuſatio potatorum, & conuiuas ſuos inebriantium.

Nemo ad bibendum cogendus eſt. de quo vide Ambroſ. in tract. de Helia & ieiunio cap. 13.

O infelicitas generis humani, quàm multi inueniuntur, qui ebrioſos, & luxurioſos amplius quàm oportet cogunt bibere, & ante oſtium pauperibus petẽtibus vel vnum calicem diſſimulant dare, nec attendunt, quia illud, quod luxurioſis videntur ingerere, Chriſtus in pauperibus debet accipere, qui dixit[b]: Quod feciſtis vni ex minimis meis, mihi feciſtis. Rogo, fratres chariſſimi, diligenter attendite, & videte, quia quando animalia ducuntur ad aquam, vbi ſaturauerunt ſitim ſuam, etiãſi

b Matth. 25.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſupra aquam diutius teneantur, repleta ſiti biben-
lunt omnino, nec poſſunt. Conſiderent ebrioſi, ſi
peiores animalibus iudicandi ſunt. Cùm enim ani-
amplius, quàm eis opus eſt bibere nolunt, illi & d-
& triplum, quàm eis expedit, potum accipiunt. E-
trium, aut quatuor dierum refectionem potuera-
tionabilem habere, vno die cum grãdi peccato co-
dunt perdere potius, quàm expẽdere, propter im-
aut ebrietatem. Atque vtinam potum tantũmo-
derent, & non etiam ipſi perirent; ipſi qui conti-
cam ſuam ebrietatem loquentibus iraſcuntur, li-
nobis voce audiant, quia quicumque ebrioſus pe-
tiam de ipſa non egerit, ſed vſque ad mortem ſ-
ipſa ebrietate permãſerit, in æternum profectò p-
quia non mentitur Spiritusſanctus per Apoſtolu-
cens[a]: Neque ebrioſi regnum Dei poſſidebunt. I-
quicumque ſunt ebrioſi, melius faciunt vt non
ſed ſibi potius iraſcantur, & cum Dei adiutorio
fecis ſe excutiant, vel de cloaca ebrietatis, dum
tempus pœnitendi eſt, feſtinent, quanta poſſun-
tate Deo auxiliante conſurgere, & totis animæ
cum Propheta ſupplicantes Domino dicant[b]: E-
de luto vt non inhæream: Et illud[c]: Non me de-
tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundũ,
vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Ebrietas enim
inferni puteus, quoſcumque ſuſceperit, niſi dign-
uenerit pœnitentia, & emendatio fuerit ſubſecu-
fortiter ſibi vendicat, vt eoſdem ipſos de infern-
broſo puteo ad charitatis, vel ſobrietatis lucem
ſine pœnitentia non permittat.

Ebrioſi peiores brutis iudicandi ſunt.

Ebrioſus niſi pœnitentiam egerit in æternum peribit.

a 1. *Corinth.* 6.

b *Pſal.* 68.
c *Pſal.* 68.

Ebrietas inferni puteus.

Qui ſe de hoc malo deſiderat liberare, quomo-
interuallo dierũ potum addendo ad ebrietatis t-
peruenit; ita paulatim ſubtrahendo ad ſobrietat-
redeat. Qui ſi ſemel totum, quod amplius acci-
ſubtraxerit; vbi nimia ſiti cœperit exardeſcere,
grandi amaritudine clamat, & dicit: Malle ſe
quàm ſibi bibendi, vel inebriandi conſuetudin-
lere; nec attendit, quod tolerabilius erat illi in c-
mori, quàm in anima per ebrietatem interfici. E-
vt nec ardorem nimiũ patiatur, & de tam gra-

Conſuetudo inebriandi quomodo tollenda.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quod patitur liberetur, per interualla dierum ſibi aliquid de nimietate potus ſubtrahat, quouſque ad rationabilem bibendi conſuetudinem redeat. Qui hoc ita, vt diximus, per partes, ſubducere voluerit, & de ebrietate liberabitur, & illam intolerabilem pœnam nõ patietur. Ergò, fratres chariſſimi, dum hæc ſuggero, me abſoluo apud Deum. Quicumque me audire contempſerit, & ad bibendum pronus fuerit, vel in conuiuio ſuo alios adiurare, vel cogere voluerit, & pro ſe, & pro illis in die iudicij reus erit.

ſerm. 232.
Sobrios irridētium amentia.

Illud verò quale eſt, quod ipſi infelices ebrioſi, quando ſe nimio vino ingurgitant, rident, & vituperant eos, qui rationabiliter hoc tantum quod ſufficit, bibere volunt, dicentes eis: Erubeſcite, & verecundia ſit vobis, quare non poteſtis bibere quantum nos? Dicunt enim eos non eſſe viros, & videre miſeriam ebrioſorum. Se dicunt eſſe viros, qui in ebrietatis cloaca iacent; & illos non dicunt eſſe viros, qui honeſtè, & ſobriè ſtant. Iacent proſtrati, & viri ſunt; ſtant erecti, & viri non ſunt? Victor ebrietatis vituperatur, & victus ebrietate laudatur. Irridetur ſobrius, qui & ſe, & alios poteſt regere; & non irridetur, imo non plangitur ebrioſus, qui nec ſe, nec alios poteſt agnoſcere.

Excuſatio ebrieorum.

Solent ebrioſi ita ſe excuſare, vt dicant: perſona potens me coëgit, vt amplius bibam; & in conuiuio regio non potui aliud facere. Ad excuſandas excuſationes in peccatis iſta prætendimus, & quod implere nolumus, implere non potuiſſe nos dicimus. *Pſal. 140.* Nolle in culpa eſt noſtra; & non poſſe prætenditur. Etiamſi ad hoc veniretur, vt tibi diceretur: aut bibas, aut morieris; melius erat, vt caro tua ſobria occideretur, quàm per ebrietatem anima moreretur.

Melius eſt ſe pati occidi, quàm per ebrietatem animam ſuam mori.

Sed excuſatio iſta falsò obijcitur, Ipſi enim Reges, & quicumque ſunt alij potentes, quia Deo propitio & Chriſtiani ſunt, & prudentes, & ſobrij, & toto corde Deum timentes, ſi te viderent definiſſe, vt eis non acquieſcas pro timore Dei inebriari, ſi tibi ſub hora videantur iraſci, poſtea verò te in grandi admiratione ſuſcipiunt, dicentes: Quantum cum illo egimus, quantis cum minis & terroribus fatigauimus, & tamen nunquam eum à ſobrietate ſeparare

potuimus. Nam & Deus, qui te videt per
rem inebriari non velle, ipſe tibi gratiam illo
bit, qui te, vt amplius biberes videbantur hor
cogere. Ille, qui ebrietati reſiſtit, ſi cùm Dei ad
perſeuerare voluerit, & pro ipſa aliquas pert
bulationes, omnia ei Dominus ad martyrij glor
putabit. Ideo chariſſimi, tanta infelicitate ſe
homines, quia putant ebrietatem aut paruum, a
eſſe peccatum: ſed pro iſta ignorantia maxime
dotes in die iudicij reddituri ſunt rationem, ſi
ſibi populis, quæ, & quanta mala de ebrietate
aſſiduè noluerint prædicare. Qui ergò credit
eſſe paruum peccatum, ſi ſe non emēdauerit, &
ebrietate pœnitentiam non egerit, cum adulter
micidis æterna ſine remedio illum pœna cruci
cundum illud, quod ipſi bene noſtis B. Apoſto
dicaſſe[a]: Neque fornicarij, neque idolis ſerui
que molles, neque maſculorum concubitores,
uari, neque adulteri, neque ebrioſi regnum D
debunt. Videte, ebrioſos cum fornicatoribus
ſeruientibus, & maſculorum concubitoribus, &
ris iunxit.

Si quis inebriari nolens tribulationes perferat, illæ ipſi ad martyrij gloriam reputabuntur.

Paſtores ſubditis ſuis prædicare tenetur ebrietatis mala.

Credētes ebrietatem eſſe paruum peccatum quæ pœna manet.

a 1. Corinth. 6.

Huc pertinent & illa, quæ B. Iſidorus de ſum
no ſcribens, habet[b]: Eſca, inquit, crapulam: po
tatem generat; ebrietas autem perturbation
mentis, furorem cordis, flammam libidinis.
ita mentem alienat, vt vbi ſit, neſciat. Vnde
malum non ſentitur, quod per ebrietatem com
Verum eſt, quod iuxta Prophetā[c] fornicatio,
tas aufert cor. Vnde in Prouerbiis[d]: Potentes,
cundi ſunt, vinum non bibant, ne cùm biberin
ſcantur ſapiētiam. Pleriſque laus eſt multum bi
non inebriari. Audiant hi aduerſum ſe dicent
phetam[e]: Væ qui potentes eſtis ad bibendum
& viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Vino
deditos, & luxurioſè viuentes Iſaias ſic arguit
Væ qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectan
potandum vſque ad veſperum, vt vino æſtueti
enim à manè vſque ad ſolis occubitū ebrietati,
voluptatibus inſeruiunt, nec intelligūt cur nati

b lib. 2. cap. 43.

c Oſeæ 4. cap.

d Prouerb. 31.

Pleriſque laus eſt multum bibere, & non inebriari.

e Iſa. 5.

conſuetudine beluina detenti, luxuriæ tantum tota die, epulisq; inſeruiunt. Clamat Ioël propheta his, qui ebrietati deſeruiunt, dicens[a]: Expergiſcimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine. Quo teſtimonio non ait tantum: flete omnes, qui bibitis vinum, vt bibere omnino non liceat; ſed adiecit in dulcedine; quod ad voluptuoſam pertinet, & prodigam effuſionem. Nam quantum ſatis eſt neceſſitati edocet Timotheum bibere Apoſtolus, dicens[b]: Vino modico vtere. Non ſolum ex vino inebriātur homines, ſed etiam ex cæteris potandi generibus, quæ vario modo conficiuntur. Vnde & Nazaræis, qui ſe ſanctificabant Domino, præceptum eſt[c], vinum, & ſiceram nō bibere: vtraque enim ſtatū mentis euertunt, & ebrios faciunt, luxuriam quoque carnis vtraque æqualiter gignunt. Quidā continentes, ſicut panem cum pondere edunt; ita & aquam cum menſura ſumūt, aſſerentes ad caſtimoniam carnis, etiam aquæ abſtinentiam conuenire.

Expergiſcimini ebrij & flete

a *Ioël.* 1.

b 1. *Timoth.* 5.

Vino modico vtere.

De varia ebrietate vide Chryſoſtomum aduerſus Iudæos oratione quinta.

c *Num.* 6.

Ad caſtimoniā carnis etiam aquæ abſtinentia conuenit.

Ebrietatis & crapulæ fructus, prouentus & effectus.

CAP. X.

D. Verò Ambroſius de ebrietate ſcribēs[d]: Sicut, inquit, mater fidei continētia; ita perfidiæ mater ebrietas eſt. In quod facinus non iſta præcipitat? Rogas ad iucunditatem[e], cogis ad mortem; inuitas ad prandium, efferre vis ad ſepulchrum; cibos promittis, tormenta irrogas: Vina prætendis, venena ſuffundis. Omne enim quicquid nocet, venenum eſt. Tollit ſenſus, viſcera exurit, ſomnum infert, caput vexat. Etiam maior vis vini, quàm veneni eſt. Denique venenum vino excluditur, non vinum veneno. Meritò Deus per Moyſen non ſolum veneno, ſed etiam draconum veneno vinum comparauit, dicens[f]: Furor draconum vinum eorum, & ira aſpidum inſanabilis; & pulchrè additur inſanabilis: Multi enim reliquorum ſerpentium veneno curantur, nemo ebrietate. Certè veneno caro vulneratur, vino mens. Noxia eſt ebrietas ad corporis ſanitatem, menti etiam crimen adiungit[g]. Sudant vino corpora temulentorum, ſi leuius ea tetigeris, exprimis vinum. Ebrietas fomentum libidinis. Ebrietas incentiuum inſaniæ. Ebrietas venenum inſipientiæ. Hæc ſenſus

d *in lib. de Helia, & ieiun. cap.* 12.

Ebrietas mater perfidię eſt.

e *Ambroſ. d. lib. cap.* 14.

Maior vis vini quàm veneni eſt.

f *Deut.* 32.

g *Ambroſ. d. lib. cap* 14.

Mala ex ebrietate promanātia.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hominum mutat, & formas; per hanc fiunt ex ho
bus equi adhinnientes. Siquidem naturali vapo
poris calidi, & præter naturam vini calore fla
cohibere ſe non queunt, & in beſtiales libidine
tantur, vt nullum tempus præſcriptum habeat
deceat indulgere concubitui. Vocem amittunt,
variantur, oculis igneſcunt, ore anhelant, fremu
bus, in furore ardeſcunt, ſenſu excedunt. Hinc p
periculoſa, hinc calculi grauis pœna, hinc exiti
ditas, hinc vomitus frequens ſemeſas epulas cu
norum viſcerum cruore fundentium. Nam ead
a Hierem. 25. minus per Hieremiam locutus eſt, dicens[a]: Bib
inebriamini, & vomite, & cadetis, & non con
Hinc etiam vanę imagines, incerti viſus, inſta
ſus, vmbras ſæpe tranſiliunt, ſicut foueas. Nuta
facie terra; ſubitò erigi & inclinari videtur; &
vertatur, timentes in faciem ruunt, & ſolum m
apprehendunt, aut concurrentibus montibus ſib
tur includi. Murmur in auribus, tanquā maris fl
tis fragor, & reſonātia fluctu littora. Canes ſi v
leones arbitrantur, & fugiunt: Alij riſu ſolu
condito; alij inconſolabili mœrore deplorant;
nunt irrationabiles pauores. Vigilantes ſomni
mientes litigant. Vita his ſomniū eſt: ſomnus
eſt. Excitari nullis vocibus poſſunt, quantolib
lando impulſu petas: niſi reſipuerint, euigilare
ſunt. Vnde bene Hieremias huiuſmodi homin
Homo ebrius, ſuperflua creatura. quam ſuperfluam creaturam, deflendum putat.
enim homo ebrius niſi ſuperflua creatura?[b]

b Ambro. d. lib. cap. 16. Vnde & D. Hieronymus[c]: Vinolentia, ſcu
c in epiſt. ad Ocean. eſt, inquit, & comeſſatorum; venterque mero
citò diſpumat in libidines. In vino luxuria, in
voluptas, in voluptate impudicitia. Qui luxuri
Qui inebriatur mortuus, et ſepultus eſt. uens mortuus eſt. Ergò qui inebriatur, & mor
ſepultus eſt. Noë ad vnius horæ ebrietatem, nu
mora ſua, quæ per ſexcentos annos ſobrietate c
d Geneſ. 9. rat[d]. Loth per temulentiam neſciens libidini m
e Geneſ. 19. §. 1. diſt. 35. cæſtum, & quem Sodoma non vicerat, vina vic
f cap. 1. Et idem epiſtolam ad Titum explicans[f]: Quale
quit, Epiſcopum videri vinolentum, vt ſenſu occ

vel exaltet riſum contra grauitatis decorem, & labiis diſſolutis cachinnet, vel ſi paululum triſtis cuiuſdam rei fuerit recordatus inter pocula, in ſingultus prorumpat, & lachrymas. Longum eſt ire per ſingula, & inſanias, quas ebrietas ſuggerit, explicare. Videas alios, pocula in tela vertentes, ſcyphum in faciem iacere conuiuæ; alios ſciſſis veſtibus in vulnera aliena proruere, alios clamare, alios dormitare; qui plus biberit, fortior computatur; accuſationis occaſio eſt, adiuratū per Regem frequentius non bibiſſe? Vomunt, vt bibant: bibunt, vt vomant. Digeſtio ventris, & guttur vno occupantur officio. Vbicumque ſaturitas, atque ebrietas fuerint, ibi libido dominatur. Nunquam ego ebrium caſtum putabo, qui etſi vino conſopitus dormierit, tamen potuit peccare per vinum. Paſcitur enim, vt D. Ambroſius inquit[a], libido conuiuiis, nutritur deliciis, vino accenditur, ebrietate flammatur. Grauiora ſunt his fomenta verborum, vbi caro inebriatur, mēs titubat, animus vacillat, cor fluctuat. Rurſum D. Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum ſcribens: Nunquam, inquit, vinum redoleas, ne audias illud philoſophi: Hoc non eſt oſculum porrigere, ſed vinum propinare. Vinolentos ſacerdotes & Apoſtolus damnat[b], & vetus lex prohibet[c]; qui altario deſeruiunt, vinum, & ſiceram non bibāt. Sicera Hebræo ſermone omnis potio nūcupatur, quæ inebriare poteſt, ſiue illa, quæ frumento conficitur, ſiue pomorum ſucco, aut cum faui decoquūtur in dulcem, & barbaram potionem; aut palmarum fructus exprimūtur in liquorem, coctiſq; frugibus aqua pinguior coloratur. Quicquid inebriat, & ſtatum mentis euertit, fuge ſimiliter vt vinū[d]. Nec hoc dico, quod Dei à nobis creatura damnetur (ſiquidē & Dominus vini potator eſt appellatus[e], & Timotheo dolenti ſtomachum modica vini ſorbitio relaxata eſt) ſed modū pro ætatis, & valetudinis, & corporum qualitate exigimus in potando. Quodſi abſque vino ardeo adoleſcentia, & inflāmor calore ſanguinis, & ſucculento, validoq; ſum corpore, libenter carebo poculo, in quo ſuſpicio veneni eſt.

D. verò Baſilius in ebrietatem & luxum ſermonem faciens: Ebrietas, inquit, dæmon eſt voluntarius, ex vo-

Quas inſanias ebrietas ſuggerat.

a *lib. 1. de pœnit. cap. 14.*

Libido vino accenditur, & ebrietate flammatur.

b 1. *Timot. 3. &* 5. *Tit. 2.*

c *Leuit. 10. Iſaiæ 28.*

Vinolentos ſacerdotes Apoſtolus damnat, & vetus lex prohibet.

Sicera quid ſit.

Quicquid inebriat fugiendū vt vinum eſt.

d *c. vinolentiā. diſt. 35.*

e *Matth. 11.*

Ebrietas voluntarius dæmon.

luptate animabus noſtris inditus. Ebrietas malitiæ
ter eſt, virtutis inimica, fortem virum reddit igna
ex temperato facit laſciuum; iuſtitiam ignorat, pru
tiam extinguit. Sicut enim aqua igni eſt aduerſa,
num immodicum rationem ſupprimit. Qua in r
homo miſer à brutis differs? Nónne rationis mu
quam à Deo omnium conditore accepiſti, reliquæ
turæ omnis factus Dominus, & imperator? Hoc
te mentis lumine per ebrietatem priuans, inter b
ratione carentes numerari poteris, ſimilisque illi
Ebrioſi peiores brutis. deri. Nec ſolùm eo peiores brutis, quòd mente
ebrij, ſed etiam quòd ſenſibus longè infra illa de
videantur. Quod quæſo animal ita viſu auditu
que ebrius homo, debilitatur? Nónne familiar
interdum ignorāt, alienis verò ſæpe vt domeſtic
grediuntur? An non vmbras ſæpenumero, tanqua
cos, aut loca prærupta tranſiliunt? Aures terrific
more fluctuantis maris refertas habent; terra inte
inſurgere, ac in arduum, & rectum erigi, monte
commoueri videntur. Quandoque ab re, & præte
dum rident: nunc verò ſine conſolationis remedi
rant; nunc item audaces, & temerarij, mox tim
ignaui. Lymphatus, & malo dæmone captus m
cordia quidem dignus: ebrius verò eadem fere
patiens minimè miſericordia dignus, qui ſpo
Maledictionē Caim in ſe transferunt ebrioſi. ſeruit dæmoni. Quis eſt qui maledictionem Ca
ſeipſum transfert? An non qui vino tremit, & v
per omnem vitam? Naturali namq; firmitate de
te, neceſſe eſt corpus continuo vacillet, atque mo
Cum potatione procedente cò veniunt, vt de a
hac inſania certēt, & de ebrietate per ambitionem
Legis ebrioſorū auctor diabolus. tendant; cuius auctorem legis diabolum habēt, vi
verò præmium, peccatum. Nam qui plus hauſerit
is præ cæteris laudatur, is victoriam refert. At
gloria in ignominia illorum eſt. Inter ſe namque
tendunt, & vt in iudicio aliquo defenſitant. Eb
itaque rationis interitus, fortitudinis pernicies, ſen
Ebrij gentium idola. immatura, mors momentanea. Quid quæſo ſunt
quàm gentium idola? Oculos habent, & non vi
aures habent, & non audiunt, manus paralyſi aff
habe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

habent, pedes infirmos, ac facilè offendentes.

Quid autem B. Iuo de ebrietate ſenſerit, liquet ex his B. Auguſtini à ſe allegatis verbis[a]: Fuge, inquit, vinũ, velut venenum, ne ebrietas ſuperet te, expoliatumque virtutibus te nudum efficiat. Vinum enim, vt ſancta ſcriptura dicit[b] apoſtatare facit etiam ſapientes. Attende Noë virum ſapientem, & ſanctum quomodo per ebrietatem nudatus eſt, dormiens[c]. Attende & Loth patriarcham, qui per ebrietatem ſe miſcuit filiabus impudenter[d]. Hinc B. Baſilius dicit[e]: Multi per vinum à dæmonibus capti ſunt. Nec eſt aliud ebrietas, quàm manifeſtiſſimus dæmon. Et Propheta ait[f]: Fornicatio & vinum, & ebrietas aufert cor. Ebrietas enim perturbationem parit: gignit mentis furorem, & flammam ſuſcitat libidinis, Apoſtolo teſte[g]: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Si quis autem contra hæc fecerit ſanctorum ſtatuta, dignam, & longam agat pœnitentiam, quia vnum eſt ex his peccatis, quæ hominem ſeparant à regno Dei, dicente Apoſtolo Paulo[h]: Neque ebrioſi regnum Dei poſſidebunt. In cuius rei probationem, & demonſtrationem facit inſigne, & memoria dignum exemplum illud quod venerabilis Beda in hiſtoria ſua eccleſiaſtica gentis Anglorum, commemorat, dicens[i]: Noui, inquit, ipſe fratrem, quem vtinam non noſſem, cuius etiam nomen ſi hoc aliquid prodeſſet, dicere poſſem, poſitum in monaſterio nobili, ſed ipſum ignobiliter viuẽtem. Corripiebatur quidem ſedulò à fratribus, ac maioribus loci, atque ad caſtigationem vitam conuerti admonebatur; & quamuis eos audire noluiſſet, tolerabatur tamen ab eis longanimiter ob neceſſitatem operum ipſius exteriorum; erat enim fabrili arte ſingularis. Seruiebat autem multum ebrietati, & cæteris vitę remiſſioris illecebris, magiſque in officina ſua die noctuque reſidere, quàm ad pſallendum, atque orandum in eccleſia, audiendumque cum fratribus verbum vitæ concurrere conſueuerat. Vnde accidit, (quod ſolent dicere quidam) quia qui non vult eccleſiæ ianuam ſpontè humiliatus ingredi, neceſſe habet in ianuam inferni non ſpontè damnatus introduci. Percuſſus enim languore, atque ad extrema perductus vocauit fratres, & multum

a 13. *par. decreti cap.* 80.
b *Eccleſ.* 19.
c *Geneſ.* 9.
d *Geneſ.* 19.
e *Tomo* 2. *in admonit. ad fil. ſpirit.*
Ebrietas eſt manifeſtiſſimus dæmon.
f *Oſeas* 4.
g *Epheſ.* 5.
h 1. *Corinth.* 6.
i *lib.* 5. *cap.* 15.
Memorabile exemplum de ebrioſo damnato.
Notent Canonici non libenter veniẽtes ad eccleſiam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mœrens ac dãnato ſimilis cœpit narrare, quia
inferos apertos, & ſatanam immerſum in profu
tartari, Caipham quoque cum cæteris, qui occi
Dominum, iuxta eum flammis vltricibus cõtra
In quorum vicinia, inquit, heu miſero mihi locum
ſpicio æternæ damnationis eſſe præparatum. Au
hæc fratres cœperunt diligenter exhortari, vt
poſitus adhuc in corpore, pœnitẽtiam ageret. Re
debat ille deſperans: Non eſt mihi modò tempus
mutandi, cùm ipſe viderim iudicium meum iam
completum. Talia dicens, ſine viatico ſalutis
corpus eius in vltimis eſt monaſterij locis huma
neque aliquis pro eo vel miſſas facere, vel pſalm
tare, vel ſaltem orare præſumebat. O quàm gra
ſtantia diuiſit Dominus lucem, & tenebras. B
martyr Stephanus paſſurus mortem pro verit
cælos apertos, vidit gloriam Dei, & IESVM
à dexteris Dei, & vbi erat ipſe futurus poſt m
ibi oculos mentis ante mortem, quo lætior oc
ret, miſit. At cõtra faber ille tenebroſę mentis, &
nis, imminente morte vidit aperta tartara, vidi
nationem diaboli, & ſequ[illegible]cium eius. Vidit etiam
infelix inter tales carcerem, quo miſerabilis ipſe
rata ſalute, periret; ſed viuentibus, qui hæc cog
ſent, cauſam ſalutis ſua perditione relinqueret.
eſt hoc nuper in prouincia Berniciorum ac long
tèque diffamatum, multosq́ue ad agendam,
differendam ſcelerum ſuorum pœnitudinem,
cauit. Quod vtinam ex hinc etiam noſtrarũ fiat
ne literarum.

Locus ebrioſo, & ad pſallendum in eccleſiã non venienti in inferno præparatus.

Pro ebrioſo quodã defuncto nec miſſæ factæ, nec pſalmi cantati, nec oratum fuit.

Multi exemplo cuiuſdã ebrioſi damnati, ad pœnitudinem prouocati ſunt.

D. Petrus, vt teſtatur B. Clemens Papa & m
ipſius diſcipulus [a], ebrietatem quoque oppido c
bat, & ebrioſos corpore, & animo mortuos eſſe
cabat. De quibus & in exemplum aiebat iſta Iſa
ba [b]: Væ qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſe
& potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtu
Væ qui potentes eſtis ad bibendum, ad bibend
num, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem, &
xander verò Papa tertius, audiens quod quidam
ſe diabolica fraude decepti hominem quendam
ta

a epiſt. 1. ad Iacob. fratr. Dom. & Iuo in decr. par. 13. cap. 84.
b Iſa. 5. cap.

tatione, & ebrietate occiſum, quaſi ſanctum (more infidelium) venerarentur, reſcripſit, & mandauit illis [a], vt cùm vix pro talibus in ebrietatibus peremptis eccleſia permittat orare; dicit enim Apoſtolus [b]: Ebrioſi regnum Dei non poſſidebunt; illum non præſumerent de cætero colere, etiamſi per eum miracula fierent.

a *c. 1. de reliq. et venerat.*
b *1. Corinth. 6.*

D. verò Dionyſius Richelius de vita eccleſiaſticorũ, & pręſertim Canonicorum ſcribens [c], & explicans illud Oſeæ prophetæ [d]: Vinum, & ebrietas, & fornicatio auferunt cor. Hoc eſt, inquit, mentem excœcant, atque iudicium obtenebrant rationis. Cumque optimum hominis ſit eſſe, & viuere ſecundum rationis cenſuram, conſtat quod crapula ingerat homini maxima nocumenta. Nam lædit naturam, abbreuiat vitam, intellectũ obſcurat, voluntatem ſubuertit, varias parit infirmitates, tædium & torporem adfert, faſtidium diuinorum gignit, acediam cauſat, ad iniuriandum aliis facit præcipitem, ſomnolentiam, negligentiamque inducit, ad loquacitatis nugas inſtigat, & omnem cordis cuſtodiã, compunctionem, timorem diſſipat prorſus. Idcirco non tantum Canonicis, & cunctis cæteris ſpiritualibus perſonis, ſed vniuerſis quoque fidelibus prohibetur, Chriſto dicente [e]: Attendite autem vobis, ne fortè grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate, aut curis huius vitæ. Denique ſicut gula mentem commaculat, ita corpus reddit deforme, & monſtris conſimile, naturali decore, & conueniente hominem priuat. Gula, & libido voluptati deſeruiunt carnis: crapula & ebrietas calix eſt dæmoniorum, qui cùm aut mentem, aut ventrem impleuerit, Chriſtus in homine crapuloſo non inuenit locum. Quemadmodum ignis, & aqua ſimul eſſe non valent, ſic ſpirituales, & corporales deliciæ ſe in eodem non patiuntur. Vbi crapulam ructantis inter pocula ſenſerit Chriſtus, vina ſua ſuper mel & fauum ſuauia menti propinare nequaquam dignatur. Filij hominum vſquequo graui corde, cur diligitis vanitatem, & negligitis veritatem [f]? cur voluptatem amatis, & virtutem, ac ſalutem amittitis? Imo pro breui, ac fœda delectatione æternam vobis amaritudinem procuratis. Citò cum diuite epulone

c *art. 7.*
d *Oſe. 4.*
Crapulę maxima nocumẽta.
e *Luc. 21.*
Crapula & ebrietas calix eſt dæmoniorũ.
f *Pſal. 4.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lone guttam aquæ pro refrigerio cupietis,nec o
poteritis. Nempe in quos ardor tartareæ ſitis,
liſque famis acerbiſſima pũctio magis,quàm in
deſæuient, qui pauperum neceſſarias ſuſtentati
ſuas conuertunt delicias. Planè, vt teſtatur B.
dus[a], pinguedo carnis, deliciæ corporis, ſaturita
aut ante mortem vos deſerent, aut vos in mo
relinquetis. Hic caro veſtra paulò poſt de
vermibus: illic anima infernalibus tradẽda eſt
donec rurſus infeliciter colligatæ ſine fine ſoci
pœnis, quæ ſociatæ fuère in vitiis. O delicate,
ciis, ac diuitiis circumfuſus es, & confuſus cõ
expectas, & mortem atque damnationem;
quod ait Paulus[b]: Non eſt regnum Dei eſca, &
non biſſus, & purpura; quoniam diues omni
bundans deſcendit in puncto ad inferos. Qui
dicitis delicati & lubrici, quorũ Deus venter
luxuriis, & cõuiuiis nutriſtis corda & corpora

Aduertant, timeantque Canonici, qui ab ob
ſacrorum canonum penè totaliter corruerunt,
infallibilis iudex[d]: Vę vobis, qui ſaturati eſtis,
rietis. Væ vobis diuitibus, qui habetis conſol
veſtram: Væ vobis, qui nunc ridetis, quia plor
flebitis. Nónne de talibus ſcripſit Iudas Apoſtol
ſunt in epulis ſuis maculæ, conuiuantes ſine tim
metipſos paſcentes, deſpumantes ſuas confuſion
bus procella tenebrarum cõſeruata eſt in æter
ſanctus ille Apoſtolus: Hi, inquit, ſunt in ep
maculæ, & non potius: Hi ſunt in epulis ſuis ma
niſi quod epulando incidunt tot, & tanta pecc
non ſolùm maculati, ſed & maculæ appellentur
quibuſdam ex gentilitate conuerſis ſcribit Apo
Fuiſtis aliquando tenebræ. Epulãdo quippe no
excedunt in quãtitate & qualitate eſcarum, & p
ſed item in verbis vanis, ſuperfluis, prauis, ne di
tractoriis, ſcurrilibus, & laſciuis, in iocis, ludis,
nis, diſſolutionibus, amiſſione tẽporis, & omiſſ
multis. Talibus clamat Ioël propheta[f]: Expergiſ
ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinũ
cedine, quia peribit de ore veſtro.

a in declamatio. de bonis deſerendis.

Grauis in delicatũ inuectio.

b Rom. 14.

c Ad Philip. 3. & Iacob. 5.

d Lucæ 6. cap.

e ad Epheſ. 5.

Exceſſus, qui epulando fiunt.

f cap. 1.

Inſuper adde, quod cùm vniuerſi fideles ad arctam viam, ad pœnitentialem conuerſationem, ad vitam coram altiſſimo timoratam teneantur, quanto Canonici in altiori gradu, ſpiritaliorique ſtatu ſunt conſtituti, tanto præ vulgo virtuoſiores, magisque ſobrij & timorati eſſe obligantur. Nemo ſeducat ſeipſum, ab vnoquoque exigit Deus vt iuxta exigentiam ſuæ vocationis ambulet dignè. Porrò conſuetudo praua, quo diuturnior, eò incurabilior, atque iniquior. Hinc D. Auguſtinus cùm laicis dixiſſet in ſuo ſermone[a]: Quicumque me audire contempſerit, & ad bibendum pronus fuerit, vel in conuiuio ſuo alios adiurare, vel cogere voluerit, & pro ſe & pro illis in die iudicij reus erit; ſubdit: Et quia, quod peius eſt, aliqui etiam clerici, qui hoc deberent prohibere, ipſi cogũt bibere aliquos plus quàm expedit; amodo incipiant & ſeipſos corrigere, & alios caſtigare, vt cùm ante tribunal venerint, nec de ſua, nec de aliorum ebrietate incurrant ſupplicium. Sed magis, dum & ipſi ſe emendant, & alios caſtigare non ceſſant, peruenire ad æternum præmium mereantur. Et illud ante omnia rogo, & per tremendum diem iudicij vos adiuro, vt quotieſcumque vobis inuicem conuiuia exhibetis, illam fœdam conſuetudinem, per quam grandi menſura ſine menſura tres homines aut volentes, aut inuiti ſolebãt bibere, tanquam venenum diaboli de veſtris conuiuiis reſpuatis: quia iſta infelix conſuetudo adhuc de paganorum obſeruatione remanſit. Et quicumque hoc in ſuo conuiuio, aut alieno fieri acquieuerit, diabolo ſe ſacrificaſſe non dubitauerit. De qua bibitione non ſolùm anima occiditur, ſed etiam corpus debilitatur. Sed credo de Dei miſericordia, quod ita vobis inſpirare dignabitur, vt tam lugẽdum, & erubeſcendum malum ita vobis in horrorẽ veniat, vt illud nunquam fieri permittatis, ſed quod in illa ebrietate periturum erat, in pauperum refectionem proficiat.

Canonici debẽt eſſe magis ſobrij laicis.

a ſerm. 231. de temp.

Monitio Auguſtini ad clericos, qui alios cogunt bibere.

Conſuetudo bibẽdi ad æqualem menſuram reſpuenda ex conuiuiis.

Aequali menſura bibẽs, aut bibenti acquieſcẽs diabolo ſacrificat.

Rurſus idem Auguſtinus[b] de ebrietate ad populum ſermonem faciens, & verba ſua ad clerum deflectens: Definiat, inquit, ac deliberet vnuſquiſque apud ſe ebrietatem graue eſſe peccatum, & tunc aut nunquam, aut difficile cum ebrietas poterit ſuperare. Cùm enim non

b ſerm. 232. de temp.

Quomodo cauenda ſit ebrietas.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſolùm in futuro ſeculo propter ebrietatem to
ſunt homines, ſed etiam in præſenti per ipſam e
tem multis frequenter infirmitatibus fatiga
morbum corporis timeant, qui de animæ ſuæ ſ
cogitant; oculorum ſuffuſionem, atque caligin
tis vertiginem, & membrorum tremorem op
qui inferni ſupplicia non formidant. Et hæc quo
ſolum laicis, ſed etiã clericis dicimus, quia, quo
eſt, multi ſunt etiam maioris ordinis clerici, q
aliis ſobrietatis bonum deberent iugiter prædi
ſolùm hoc non faciunt, ſed etiam & ſe, alios
briare non erubeſcunt, nec metuunt. Sed agno
doleãt quicumque tales ſunt, quia ſi ſe noluerin
dare, pro ſe, & pro aliis, neceſſe eſt eos æterna
ſuſtinere.

Alia D. Auguſtini ad clericos de ebrietate admonitio.

Quæ pœna maneat clericos ebrioſos.

Illud verò quale eſt, quod iam tranſacto cõu
pleta ſiti, cùm amplius bibere non poſſunt, nec
tunc quaſi nouelli, quaſi & qui ipſa hora ſuper
diuerſis nominibus incipiunt bibere, non ſolum
hominum, ſed etiam angelorum, & reliquorũ a
rum ſanctorum, æſtimantes, quod maximum
norem impendant, ſi ſe in eorũ nominibus nim
tate ſepeliant; ignorantes, quod nullus tam gra
iuriam ſanctis angelis, vel ſanctis hominibus
tur irrogare, quàm illi, qui in illorũ nominibus
per ebrietatem ſuas animas probantur occidere
enim aliqui, qui ſola ex cauſa aliqua ſalſa ciba
ordinant fieri, vt per ipſam ſalſitudinem nimi
ſint ebrietate obruere. Hæc enim ſi pagani, qu
ignorant, faciunt, nec mirandum eſt, nec nimi
dum, quia & in Deo ſpem non habent; antiquã
ſuorum conſuetudinem ſeruant. Chriſtiani ve
Deus de tenebris duxit ad lucem; de morte vo
vitam, quibus omnes ſcripturæ clamant, ebrieta
gere, ſobrietatem diligere, quare turpiſſimas e
brietates imitantur, de quorũ perfidia liberari
miſericordiam meruerũt? Et ideo rogo, & per t
dum diem iudicij vos adiuro, vt quantum pot
brietatis malum auxiliante Deo fugiatis, & iam
incipiat verecundum eſſe, quod hucuſque genti

Comeſſatio.

Grauiter peccant qui in nominibus ſanctorũ ſe inebriant.

Notãtur comedentes ſalſa cibaria cauſa potationis, de quo etiam vide Auguſt. lib. 8. confeſſ. cap. 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

paganis in ebrietatis turpitudine vos voluiſtis ſimiles exhibere. Et ideo quia Deo propitio illis diſſimiles eſtis in fide, ſimiles eſſe in ebrietate penitùs non debetis; quia etiamſi reliqua peccata Chriſtiani non admittant, ſola eos, ſi frequens fuerit ebrietas, & emendatio ac pœnitentia non ſubuenerit, in inferni profunda præcipitat, ſecundum illud quod iam dictum eſt: Neque ebrioſi regnum Dei poſſidebunt.

Amico ſuo nimiũ propinãs, inimicus eius efficitur.

Ad extremum, qui amico ſuo nimium propinat, in anima efficitur inimicus. Corpus quoque eius debilitare, & animam probatur occidere. Melius erat, vt illud, quod vna die plus eum bibere coëgit, quàm expedit, per duos, aut tres dies ipſum amicum ad cõuiuium reuocaret ſuum. Et vnde vna die eum nimium bibendo debilitauerat; ipſum in aliis diebus ſufficiente potu reficeret; nec potum ille perderet, nec amicum deciperet. Aut certè, quod eſt melius, quicquid nimio potu perditum eſſet gula, pauperibus daretur in eleëmoſynam, vt & caro rationabiliter bibendo reficeretur, & per miſericordiam pauperum animæ redemptio præpararetur. Ergo, fratres chariſſimi, dum hæc, humiliter, & cum grandi charitate pro ſolicitudine paterna commoneo, abſoluo apud Deum conſcientiam meam. Qui me libẽter audierit, & fideliter quod ei prædicatum eſt implere voluerit, habebit præmium æternum. Qui autem contempſerit, timeat, ne ei æternum neceſſe ſit ſine vllo fine ſuſtinere ſupplicium.

Ebrietas tanquam inferni fouea vitanda eſt.

Frequenter charitatem veſtram paterna pietate admonui, vt ebrietatis malum, tanquam inferni foueam vitare & fugere deberetis. Et licet apud plures profecerit caſtigatio, quàm multi tamen ſunt, qui nec Deum timent, nec eos, qui honeſti ſunt, vel ſobrij, reuerentur; & tantum bibunt, vt interdum neceſſe habeant viſcera nimio potu plena per vomitum relaxare, & tanquam fractæ & naufragæ naues, ita ipſius ebrietatis fluctibus fatigantur, vt nec vbi ſint recognoſcant, & dicere aliquid vel audire, quod ad rationem pertinet, omnino non valeant. Sed credimus de miſericordia Dei, quod ita omnes ebrioſi de ebrietatis malo ad bonum ſobrietatis ſunt per Dei gratiã redituri, vt & nobis gaudium

faciant,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

faciant, & ipſi feliciter ad æternum peruenire
tur præmium.

Sacroſancta verò Tridentina Synodus vole
ro ſupradicta vitia extirpare, & profligare,
ſanxit[a], vt quæ alias à ſummis Pontificibus, &
conciliis de clericorum vita, & honeſtate
ſimul de luxu & comeſſationibus, ac quibuſ
minibus fugiendis copioſè, & ſalubriter ſanci
eadem in poſterum eiſdem pœnis, vel maior
trio ordinarij imponendis obſeruarentur. Quo
pra diuerſorum Pontificum, & conciliorum
editas conſtitutiones, & ordinationes poſſum
bus & hanc Eutychiani papæ addendam puta
Magnum malum ebrietatis, vnde omnia vitia
Chriſtianis, modis omnibus cauere præcipim
autem hoc vitare noluerit, excommunicand
decreuimus, vſque ad congruam emendation
eadem conſtitutio renouata in concilio Magu
mo cap. 46.

a ſeſſ. 22. de ref. cap. 1.

b *Iuo in decret. par. 13. cap. 70. & Burchar. lib. 14. decret. cap. 2.*

In concilio verò Treuirenſi inſigne quoque
brietate emanauit ſtatutum[c]: Ebrietas, vt pal
ſignium flagitiorũ incitatrix, ac ſcaturigo, qu
eſſationibus & cõuenticulis dominatur, eccle
gradum ſumma cum turpitudine paſſim in
Quod perpendẽs R.[mus] Dominus noſter, quam
& abominabile ſit, tum in profanis, tum in
bus vitium, quamque periculoſum, rixis nimi
dibus, atque vulneribus ſcatens, quod conf
cana ſæpe effutit, iudicium mentemque peru
quaſcumque denique libidines pecudis inſtar
priuatum impellit, atque exagitat; ideo huic
deditos eccleſiarum miniſtros R.[ma] illius p
vna cum præſenti Synodo ab officiis, curis, &
muneribus remouendos decernit. Quid enim
ſtius, quàm vino aſſiduè madidos eiuſmodi
animarum curę præeſſe, de quibus Propheta di
ſacerdoti, & prophetæ præ ebrietate erranti, &
judicium aſpicięti. Formidabilem namque in
pœnam euangelica tuba[e], niſi Ioële propheta
nente fleuerint atque vlulauerint, ex inopina

c an. Dom. 1548. cap. 1.

Ebrietas eccleſiaſticum gradũ turpiter infamauit.

d *Iſaiæ 28.*

e *Luc. 21.*
f *Ioel. 1.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dendi à ſobriis, vt cum hypocritis exitij, æternæque damnationis partem ſortiatur. Quare ad ſobrietatem, cùm omnes, tum præcipuè eccleſiæ ſeruos, qui luminaria mundi, & ſal terræ ſunt, vnà cum Paulo R.ma illius paternitas hortatur, vtque temulentiam, in qua luxus eſt, deuitent obnixè precatur. Cæterum qui turpiter illi vitio indulgent immorigeri, ab officiis, & beneficiis, vt dictum eſt, eccleſiaſtica cenſura & Synodi auctoritate primùm ſuſpendit: Deinde ſi etiam impudenter deteſtandæ conſuetudini, ac dictu pariter & viſu fœdiſſimæ diutius inhæſerint, omnibus honorum gradibus exutos, ad quadrupedum ſortem, quæ natura prona atque vētri obediéntia finxit, maioribus ſuppliciis affectos ſtatuit abijciendos. Quæ autem à Confeſſariis iniungenda ſit ebrioſis pœnitentia, alibi à nobis dictum eſt.[a]

Inſignis contra ebrioſos pœna.

a in ſpecul. de malor. hor. tēp. cauſ. et remed. lib. 3. cap. 10.

Anne dies Dominicos, & Sanctorum feſta epulis ac ſymposiis decorare & celebrare liceat? CAP. XI.

ETSI ad propoſitam quæſtionem, ſobrietatis, pietatis, ac veræ honeſtatis amatoribus, & cultoribus per præmiſſa ſatis reſponſum eſſe arbitramur, tamen, quia fortè quiſpiā poſſet obijcere, ſcriptum eſſe[b]: Epulaberis in feſtiuitate tua; & D. Clemētem martyrē ac pontificem declaraſſe[c], illum peccato obnoxium, qui in die feſto Domini mœſtitiam præ ſe fert, eo quòd per huiuſmodi dies exhilarari oporteat; Ad ſingula quid ſancti Patres reſponderint, huc producemus. Et primò præfatus Clemēs introducens Apoſtolos ſuam ad Deū orationem fundentes, hæc illos refert dixiſſe verba[d]: Domine omnipotens, mundum per Chriſtū condidiſti, & Sabbatum propter id inſtituiſti, quoniam in eo quieuiſti ab operibus, in meditationem tuarum legum, feſtaque præcepiſti in lætitiam noſtrarum animarum, vt memoriam recoleremus creatæ à te ſapientiæ: quemadmodum propter nos naſci voluit ex muliere, apparuit vita, demonſtrans ſe in baptiſmo, quod Deus & homo erat, qui pro nobis paſſus eſt tua permiſſione, & mortuus, atque tua potentia ſuſcitatus, ideo reſurrectionis feſtum celebrantes, in Dominica lætamur, propter eum, qui vicit mortem, donauit vitam, & immortalitatem:

b Deutero. 16.

c lib. 5 conſt. apoſt. cap. vlt.

d lib. 7. conſt apoſtol. cap. 36.

Cur dies Dominici & feſta inſtituta.

tatem: per quem acceſſerunt gentes ad ipſum in po-
lum magnum, verum Iſraëlem, Deo charum. Tu
Domine etiam Patres noſtros de terra AEgypti e-
ſti, Sabbatum eos ſeruare iuſſiſti, non vt anſam o-
eis dares, ſed vt occaſionem pietatis haberent; ſ-
vt potentiam tuam agnoſcerent, & mala vitaren-
ſacris quibuſdam cancellis eos aſtringens, vt ne ſe-
nem quidem iratum in die Sabbati de ore ſuo qu-
vellet emittere. Dies verò Dominicus, cùm demo-
nobis ipſum mediatorem, legiſlatorem, reſurre-
auctorem primogenitum omnis creaturæ, Deum
bum, & hominem, natum de Maria ſine congreſ-
conuerſatum ſanctè, crucifixum pro nobis ſub P-
Pilato, & mortuum ac ſuſcitatum à mortuis, m-
Dominicus præcipitur, vt tibi Domine pro iis om-
gratiarum actio offeratur: ea eſt enim à te colla-
tia, quæ ſua magnitudine omnia beneficia obſc-

a in Hom. de eleemoſyna.

Huic Apoſtolorum ſententiæ & orationi ſ-
D. Ioannes Chryſoſtomus [a], & de Sabbato v-
ciens: Tum, inquit, à labore omni ceſſatur, rela-
que & feriis alacrior fit animus. Et quod mul-
eſt, innumeris eo die bonis potiti ſumus. Nam
deſtructus eſt infernus, extinctū maledictum, d-
peccatum, confractæ inferorum portæ, capti-
eſt diabolus, diuturnum bellum diremptum, c-
Deo homines, noſtrumque genus ad priſtinam,
maiorem rediit dignitatem, viditque, ſed inop-
& admirabile illud ſpectaculum, quod homo f-
immortalis. Hæc omnia volens ipſe nobis in m-
referre, diem illum in medium attulit, ipſum in a-
tum aſſumens, qui vnicuique diceret: Cogita
quanta & qualia bona accepiſti hoc die, quan-
es liberatus. Qualis eras antea, qualis poſtea f-

Dies Dominicus quomodo venerandus.

Spirituali autem honore hunc diem venerari o-
non conuiuando, non vinum profundendo, n-
tati, choreiſque vacando, ſed indigentes fratre-
litate facili iuuando. Quę dico, non vt laudetis m-
ſed vt vos quoque imitemini. Faciamus itaq-
Paulus præſcripſit, & die Dominico vnuſquiſq-
ſtrum domi opes Dominicas reponat; fiatq; ex

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& conſuetudo immutabilis; nec dubito poſthac non fore opus adhortatione, vel conſilio. Nequaquam enim tam efficax eſt adhortatio & ſermo, vt cõſuetudo tempore firmata. Statuamus igitur hoc, vt Dominico die aliquid in ſubſidium pauperum reponamus, neque legẽ poſtea tranſgrediamur, etiam quantacunque vrgeat neceſſitas. Obediamus, & faciamus etiam nos ita, vt cum priuatis ſint & ſacræ opes in domibus noſtris repoſitæ, futurumque vt per eas etiam priuatę conſeruentur. Quemadmodũ ſi opes ſubditorum in regiis promptuariis conſeruentur, per illas etiam regiæ ſecuriores ſunt; ita certè & in domo tua ſi pauperũ opes repoſueris, & Dominico die collegeris, etiã tuæ ſecuriores erunt. Eriſq; diſpenſator opum illarũ à Paulo ordinatus.

D. verò Auguſtinus explicans[a], quomodo dies Dominicus, & Sanctorum feſta celebrari debeãt; Sciendum eſt, inquit, fratres chariſſimi, quod ideo à ſanctis Patribus noſtris conſtitutum eſt Chriſtianis, & mandatum, vt in ſolennitatibus Sanctorum, & maximè in Dominicis diebus, otium haberent, & à terreno negotio vacarent, vt paratiores, & promptiores eſſent ad diuinũ cultum, cùm non haberẽt, quod eos inde retardaret incommodum, relinquerentq; eo tempore terrenã ſolicitudinem, quò facilius poſſent Dei intendere voluntati. Inde ipſe Dominus per prophetam dicit[b]: Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus. At hi, qui diuerſis curis ac negotiis implicati, hanc ſententiam Dei ſpernunt, & diuinæ contemplationi vacare nolunt, timeo quod in futuro iudicio illis ianuam Domini pulſantibus, atque aperiri poſcentibus, Dominus reſpondeat; Amen dico vobis, neſcio vos. Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem[c]. Et qui modò Deum quærere negligũt, ab ipſo tunc reſpuantur. Idcirco fratres, non ſit vobis moleſtum, in Dominicis diebus, & in natalitiis Sanctorũ, diuino ſtudere cultui. Dominicũ ergo diem Apoſtoli & Apoſtolici viri ideo religioſa ſolennitate habendũ ſanxerũt, quia in eodẽ Redẽptor noſter à mortuis reſurrexit. Quiq; ideo Dominicus appellatur, vt in eo à terrenis operibus, vel mũdi illecebris abſtinẽtes, tãtùm diuinis cultibus ſeruiamus; dãtes ſcilicet diei huic honorẽ et reuerẽn-

a ſerm. 251. de tempo.

b Pſal. 45.

c Matth. 7. Luc. 13.

Cur dies Dominicus ex Apoſtolorum inſtitutione celebretur.

reuerentiam propter ſpem reſurrectionis noſtræ, q
habemus in illa.

a ſerm.6.

D. verò Ambroſius [a] docens quibus epulis & c
potationibus Sanctorum feſta colenda ſint: Dic
quit, mihi ſi non dolendum fuerit hoc peccatu
vos ſalutis immemores tunc fuiſſe, vt beatiſſim
ſtolis Petro & Paulo honorificentiam minime
deritis, cùm ipſos eſſe ſciatis Doctores gentium,
res martyrum, principes ſacerdotum, nec volue
rum natalem nobiſcum feſtiuiſſimum celebrare,
illic cæleſti intereſſe conuiuio, in quo pro mar
tanta lætitia, ſubſtantiam vitæ ipſe nobis Dom
niſtrauit. Vultis autem ſcire quantis bonis frau
ritis; interrogate, fratres, qui tunc mecum pan
runt, quàm refecti à Dominica menſa diſceſſe
quales ſecum domũ ſpirituales diuitias repor
Igitur fratres, quotieſcunque martyrum me
celebramus, prætermiſſis omnibus ſeculi actio
ne aliqua dubitatione concurrere debemus, red
honorificentiam, qui nobis ſalutem profuſione
guinis pepererint, qui tam ſacrata hoſtia pro no
pitiatione Domino ſunt oblati, præſertim cùm
Sanctos ſuos omnipotens Deus: Qui vos hon
honorat; & qui vos ſpernit, me ſpernit. Quiſq
honorat martyres, honorat & Chriſtum; & qu
Sanctos, ſpernit & Dominum. Quinimo noſtr
cauſa profectus, Sanctorum celebramus memo
D. Baſilius ſentit [b], Non enim noſtris indigent
ornari, ſed nos ipſorum vitæ hiſtoria & comm
tione, imitationis gratia indigemus. Quemad
enim ex igne naturaliter emicat ſplendor; ex v
quoque præſtanti diffunditur odor: ſic è Sa
commemoratione geſtorũ ad omnes prouenit
Sanctus Apollonius referẽte Gratiano [c], die D
nihil aliud agendum eſſe declarauit, niſi Deo v
nullam operationem in illa die ſancta agend
tantùm hymnis & pſalmis, & canticis ſpiritua
illam tranſigendam.

Sunt inſuper diuerſa concilia [d], quæ ſtatuer
Dominicum, & Sanctorum natalitia ſeu feſta

Cuiuſmodi epulis & diuitiis Sanctorum natalitia celebranda ſint.

Matt.10. Mar. 9. Luc.10.

b in Hom. de Gordio martyre.

c in c. ieiunia. de conſec.diſt.3.

d Concil. Matiſco. 2. cap.1. Maguntí. ſub Carolo Magno, cap.36.37. Triburienſe ſub Arnulpho Imp. cap.35.

eſſationibus, & compotationibus, ſed omni cum honore, pietate, deuotione, & ſobrietate veneranda, precibus & orationibus non ſine lachrymis inſiſtẽdum totis illis diebus, oculis manibusque ad Deum ſemper expanſis. Dn. Albinus Flaccus Alcuinus, Caroli Magni Imp. præceptor quæſtionem tractans, cur Sanctorũ dies, quibus ab hoc ſeculo tranſierunt, ſummis laudibus & magna recolamus alacritate, inter alia dicit [a]; Mos eccleſiaſticus obtinuit, dies illos non funebres, ſed natalitios appellare. Iure enim naſci dicuntur, qui de preſſuris huius mundi tanquam de anguſtiis cuiuſdam arctiſſimi ventris, ad illam ſpatioſiſſimam & luciſſimam cæleſtis habitationis emittũtur latitudinem. Si ergo nos eorum fratres eſſe præſumimus, quos ita glorificatos adſpicimus, dignum eſt eorum felicitati congratulemur, & eorum lætitiæ collætemur; fratrum noſtrorũ gloriæ congaudeamus; eorumque triumphis, quibus per diuinum auxilium diabolum vicerunt & ſeculũ, dignis laudibus cæleſtes eorum natales debita alacritate veneremur. Nam ſi eos lugubriter, aut cum mœrore tranſigamus, duplici redarguemur errore, quia videmur aut non credere eos ad gloriam tranſiſſe, & ideo quaſi mortuos lugere: aut ſi ſcimus eos felicitati donatos, & non congratulemur, gloriæ illorum inuidere conuincimur. Et cum antiquos natalitia ſua, vel ſuorũ affinium, quibus in hanc miſeram effuſi ſunt vitam, tanta alacritate inuenimus celebraſſe, vt in his etiam omni corporeæ voluptati licenter operam darent: quantò nos ſpirituali hilaritate ſanctorum Patrum natalitia cõuenit celebrare; quibus non ad miſerias naſcuntur, ſed de miſeriis ad gaudia tranſierunt, ſine fine poſſidenda. Non nos corporalibus illecebris reſoluentes, vt faciebant pagani, verum canticis ſpiritualibus, hymniſque cæleſtibus in Chriſto tripudiantes, vt Chriſtiani. Quamuis non denegemus etiam corporaliter aliquantulum remiſſius quam cæteris diebus eſſe viuendum, propter quoſdam (vt reor) hebetiores (inter quos Dominos canonicos & alios eccleſiaſticos non arbitror numerandos) qui nihil putant eſſe feſtiuum, niſi quod viderint corporali delectatione mellitum. Sanè, quia Sanctos eoſdem ad hanc,

a *in lib. de diuin. offic. tit. De feria ſexta, quæ & paraſceue.*

quam diximus felicitatem, per afflictionem ...
ramus perueniſſe temporalẽ, neceſſe eſt, vt ſicut ...
eorum congaudemus lætitię: ſic temporali quoque ...
rum compatiamur anguſtiæ; quatenus per omnia ...
ſequentes veſtigia, ad eadẽ illis intercedentibus ...

Vigiliæ Sãctorum cur inſtitutæ.

mur pertingere gaudia. Ad quod ſignandum p...
tibus eadem natalitia diebus, quas vulgò vigil...
appellamus, ſolito parciùs veſcentes, eadem ...
debitis ieiuniorum obſequiis, & maceratione ...
deuotè præuenimus, vt per pridianam purifica...
nentiam, dignius celebremus ſequentis feſti ...

Cæterum dato, & conceſſo, etiam inter eccle...
hebetiores eſſe, quibus permittẽdum videatur ...
diebus aliquantulum remiſſius, & hilarius ...
comedant, quàm cæteris diebus, attamẽ nequaquam ...

An in Sanctorũ nomine vel honore alteri propinare liceat.

a ſerm. 232. de temp.

b c. nullus preſbyterorũ. diſt. 44.

randum arbitramur, vt in Sanctorũ nomine, ...
re hauſtus ſeu potus æquales ſibi mutuò propi...
ad epotãdum obligent, ac inuitos importun...
gant: tales enim etiã ſi laici ſint, cẽſore D. Aug...
grauiſſimam Sanctis iniuriam irrogãt, & sacr...
nonum [b] violatores ſunt. Ab illis verò Sanct...
veritate gaudia feſtiua celebrantur, qui ipſorum ...
virtutum, ſcilicet ſobrietatis, abſtinẽtiæ, pieta...
nentiæ & ſimiliũ ſequuntur. Solennitates enim ...
rum exhortationes ad ſanctitatẽ illorũ ſunt: ...
non pigeat, quos celebrare delectat. Sed nos ...
gaudere cum Sãctis, & eorũ virtutes nolumus ...
Qui verò illos in quantum potuerit noluerit im...
eorum beatitudinem non poterit peruenire. ...
aliquis: Quis eſt, qui poſſit beatorũ martyrum ...

c ſerm. 47. de Sanctis.

d Matth. 11. c. qui ſcit. 2. q. 6.

ſequi? Huic nos cum D. Auguſtino [c] reſpõdem...
non ſolùm martyres, ſed & ipſum Dominũ, ...
adiutorio, ſi volumus, poſſumus imitari. Audi...
ſed ipſum Dominũ generi humano clamantẽ [d] ...
à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Audite ...
trum Apoſtolũ admonentẽ: Chriſtus pro nobis ...
eſt, nobis relinquens exemplum, vt ſequamur ...
eius [e]. Vel ſi illius & aliorũ martyrum in paſſion...
tribulationibus veſtigia ſequi nolumus, alias ...
confeſſione ſequamur virtutes, vt ſi non marty...

e 1. Petri 2. c. cum Marthæ. de celebr. miſſ.

ma...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

moriamur confeſſores. Et cùm manifeſtum ſit, ſicut D. Bernardus ait [a], Sanctorũ ſolẽnitates ad animas magis, quàm ad corpora pertinere, dignum eſt, vt prius anima ſatietur, quòd hæc portio ſine dubitatione, & ſine comparatione ſit potior: & quę animarum ſunt, animæ plus accepꝛant, quippe naturali quadam eis cognatione coniunctæ. Quibus propterea quoque Sancti iſti cõpatiuntur amplius; propterea magis deſiderãt animarũ bona, & plus earũ refectionibus delectãtur; quoniã & ipſi ſimiles nobis fuêre paſſibiles, & ipſi peregrinationis huius & exilij miſerabilis deplorauêre moleſtias; & ipſi graue huius corporis onus, et tumultus ſeculi, & tẽtationes experti ſunt inimici. Nulli itaq; dubiũ quin gratior eis ſit, & multo acceptabilior illa feſtiuitas, qua intenditur epulis animarũ, quã ſit ea, quæ celebratur à ſecularibus curã carnis perficientibus in deſideriis voluptatũ.

a in ſerm. 1. de feſto omnium Sanctor.

Quocirca diabolica fraude ineſcati ac decepti nobis videntur, qui nunc in honorem quaſi Sanctorum, eorum occurrentibus feſtis, comeſſationes, & cõpotationes agunt, perinde ac ſi Sancti illis genio indulgẽtes Deo placuiſſent, & iam potatorum & comeſſatorũ patroni eſſent. Atque hoc modo, prô dolor, ab eccleſiæ cãtoribus ſeu muſicis ſanctę Cæciliæ feſtũ celebratur; quos cuperẽ tunc orationis eſſe memores, quã pia mater Eccleſia in illius honorem Deo canit, dicens: Deus, qui nos annua beatæ Cæciliæ virginis & martyris tuæ ſolennitate lætificas: da vt quam veneramur officio, etiam piæ conuerſationis ſequamur exemplo. Si Deum hac oratione deprecamur, vt S. Cæciliam, quam veneramur officio ipſius feſto occurrente, piæ conuerſationis ſequamur exemplo, an ne iſtud fieri debere comeſſationibus, & ebrietatibus ſancti Patres docuerunt? Quinimo ab his accepimus, quod ipſa cilicio & ieiuniis membra ſua domuerit, & Deum aſſiduis gemitibus exorauerit: & cantantibus organis in die nuptiarum ſuarum, non laſciuè ac petulanter, vt nunc fit, cum ſuo ſponſo Valeriano tripudiabat, ſed in corde ſuo ſoli Domino decantabat, dicens: Fiat Domine cor meum, & corpus meum immaculatum, vt non confundar. Ipſa ſemper euangelium Chriſti gerebat in pectore: & neque

diebus, neque noctibus vacabat à colloquiis diui
& oratione. O vtinam omnes cantores & eccleſi
huiuſmodi piæ conuerſationis exemplo S. Cæci
quam patronam ſibi conſtituunt, ſequerentur. Sed
eò cœcitatis ac dementiæ iam multi deuenerunt
lius feſtiuitatem non cilicio & ieiuniis, ſed comeſſ
nibus, ebrietatibus, tripudiis, laſciuis ac impudic
tilenis inter epulas venerandam putent, ad omne
quitiam ac laſciuiam propẽſiores, quàm ad vitæ
dationem, ieiunia & orationes. Atque hunc ferè m
dum omnes artifices ac opifices aliquẽ Sanctorum
patronum ſibi delegerunt colendum. Ita vt hodi
cultu ac ritu ad ethniciſmum ſeu atheiſmum rel
deamur. De talibus Sanctorum cultoribus D. Au
a epiſt. 64. ad Aurelium. & c. comeſſationes. diſt. 44. nus ſcribens [a]: Comeſſationes, inquit, & ebriet
conceſſæ & licitæ putantur, vt in honorem beati
rum martyrum non ſolùm per ſolennes dies (
ipſum quis non lugendum videat, qui hæc non
oculis inſpicit) ſed etiam quotidie celebrentur.
fœditas ſi tantùm flagitioſa, & nõ etiam ſacrileg
quibuſcumque tolerantiæ viribus ſuſtentanda
b lib. 20. cõtra Fauſtũ cap. 21. remus. Et idem Auguſtinus alibi [b]: Qui ſe in me
martyrum inebriant, quomodo à nobis approb
ſunt, cùm ea etiam ſi in domibus ſuis id faciant,
ctrina condemnet? Alia eſt diſciplina Chriſtian
alia luxuria vinolentorũ, vel error infirmorum. D
Io. Chryſoſtomus contra eos, qui poſt hymnos
& diuina myſteria Deo eiusque Sanctis celebrata
c Hom. 27. in epiſt. 1. ad Corinth. ebriant, verba faciens [c]: Orationum, ait, tempus
ebrietatis, & quidem ſemper, maximè autem in
nitatibus: ſolennitas enim propterea inſtituta
vt turpiter viuamus, neque vt peccatis abunde
præſentia tollamus. Audiſti hymnos ſacros, vid
ptas ſpirituales, in regia menſa diſcubuiſti, imple
Spiritu ſancto, ſimul cum Cherubim in choreis
ſocius factus es ſupernis poteſtatibus. Noli tantam
Ebrietas anxietatis mater, & diaboli lætitia. titiam abijcere; noli theſaurum effundere; noli
tati dedere, quæ anxietatis mater eſt, diaboli læ
numera pariens mala: hinc enim morti ſimilis
hinc grauedo capitis, hinc morbi, & obliuio, & m

imago. Præterea ne amico quidem vellem, vt ebrius obuiam fieret. Cùm autem Chriſtum intus habeas, audes, quæſo, tantum vini ingurgitarę? Sed delicias amas. Igitur ab ebrietate ceſſa: etenim ego te in deliciis eſſe volo, ſed in veris, quæ nunquã langueſcunt. Quæ igitur veræ deliciæ ſunt, quę ſemper florent? Voca ad prandiũ Chriſtum, participem rerum tuarum facias, vel ſuarum potius; hoc immẽſam habet voluptatem, & ſemper florentem. Verùm ſenſibilia nõ huiuſmodi ſunt, ſed ſimul & apparent, & abolentur; & qui in deliciis eſt, nihil melius ſe habet, quàm qui in nullis eſt deliciis; imo peius. Ille enim tanquam in portu ſedet, hic tanquam in fluctibus & morborum obſidionibus, tãtum æſtum ferre minime poteſt. Si ergo ſententia ſanctorum Doctorum præfatæ comeſſationes laicis damnabiles ſunt, multo magis eccleſiaſticis ad gehennam imputantur.[a]

Veræ deliciæ.

a c. ſi. diſt. 44.

Si quis verò dixerit, inueteratam conſuetudinẽ non poſſe, aut admodum difficulter, relinqui. Hoc ipſum etiam nos fatemur cum D. Io. Chryſoſtomo[b]; adeo fortis eſt conſuetudo mala, vt, licet res peſſima ac turpiſſima ſit, ſtatim abijci non poſſit, nec tempore breui, niſi vi incidatur, ac deijciatur. Quod fiet, ſi publico edicto ſeu ſtatuto ſub graui pœna vel mulcta inhibeantur prædictæ comeſſandi ac compotandi conſuetudines. Nam vbi eſt timor, facile ſoluitur conſuetudo, etiam ſi valde diuturna ſit, & neceſſaria[c]. Tamen ſi voluerimus prudentes eſſe, & noſtræ ſalutis curam habere, poſſumus noſtra ſponte, & nulla pœna coacti, à mala cõſuetudine deſiſtere, & in bonam conſuetudinem nos reducere: & ſic poſteris noſtris non paruam dabimus occaſionem eadem imitandi, & accipiemus etiam nos mercedem eorum quæ ab his bene agentur. Nam qui initium bonę vitæ præbuerit, hic author eſt eorum, quę & ab aliis fiũt, & duplicem recipiet mercedem: tam pro his quæ ipſe recte facit, quàm quibus alios in optimã illam induxit viuendi rationem[d]. Dolendum profectò, eò rediiſſe Chriſtianorum mores, & præſertim clericorũ, vt quàm olim ex religionis commodo ac profectu erat feſta inſtituere, tam nunc præſtare ferè videatur, eadem antiquare, & abrogare, cùm magna pars Chriſtianorum

b *Hom. 3. de pœnit. & lib. 3. aduerſ. vitup. vitæ mo.*

c *Chryſoſt. ad popul. Hom. 7. 14. & 28.*

d *Chryſoſt. Hom. 56. in Geneſim.*

otium iſtud feſtorum , non ad orandum , non ad
diuina, & verbum Dei audiendum, aliaq; pia
legendum vel meditandum (cuius rei cauſa
ſed ad omnifariam bonorum morum corrupte
gendam, in dies magis magisque impudenter
dictitans ſe id animi gratia facere, quaſi planè
tiens cum Platone, qui ob illud ipſum, Deum
feſta ſacra inſtituiſſe aiebat[a]: Atque ita belle
perinde in hac re, vt in multis aliis imitamur.
tantum abſuit, vt maiores noſtri fecerint, vt
ipſum audacter eiſdẽ ethnicis vitio dederint,
tulliano[b], qui de Cæſarum ſolennibus facti
Propterea, inquit, publici hoſtes Chriſtiani, qui
ratoribus neque vanos, neque mentientes, neque
rarios honores dicant. Grande videlicet offici
& choros in publicum educere, vicatim epulas
tem tabernæ habitu abolefacere, vino lutum
teruatim curſitare ad iniurias, ad impudẽtias
nis illecebras, ſiccine exprimitur publicum ga
publicum dedecus? hæccine ſolennes dies princ
cent, quę alios dies non decent? Qui obſeruan
nam de Cæſaris reſpectu, ij eam propter Cæſar
runt, & malorum morum licentia pietas erit
luxuriæ religio deputabitur. O nos meritò dam
cur enim vota & gaudia Cæſarũ caſti, & ſobrij
bi expungimus? cur die lęto non laureis poſtes
mus? nec lucernis diem infringimus? honeſta
lennitate publica exigente inducere domui tu
alicuius noui lupanaris, &c. Non putauit Ter
futurũ, vt prædicta in noſtros Chriſtianos aliqu
derẽt, qui hoc producto loco ethnicos deridet,
eheu, venit tẽpus, quod illos potius Cæſarũ, qui
& Sanctorũ eius feſta celebrare cõſpiciamus.
tur Deus, vt Põtifices & Epiſcopi noſtri tandẽ
ſtino ſuo vigori, obſeruationi, ac venerationi

a vt refert Polyd. lib. 6. de rer. inuent. cap. 8.

b in apologet. aduerſ. gentes cap. 35.

Vtrum dies noſtros natales comeſſationibus & compota-
nibus celebrare non poſſimus? CAP. XI

SI quis verò interroget, an dies noſtros nata
poſſimus comeſſationibus & cõpotationibus
brare? huic reſpondendũ putamus; quod cùm
eſſe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſſationes & compotationes iure diuino[a] & humano[b] non ſolùm clericis, ſed etiam laicis prohibitæ ſint, illis natales celebrari non poſſe conſequitur. Deinde quia conſuetudo iſta celebrandi natales, ab ethnicis ad nos traducta videtur; qui ſacris, pulte, fritillo, mere, libis, floribus & thure Genio oblatis, necnon oppiparis, ac lautis conuiuiis non ſine luxu illos colere ſolent[c]. idcirco ne hos imitari cenſeamur, ne conuiuiis quidem ſolito lautioribus natalitia noſtra eſſe colenda exiſtimarem, maximè hoc miſero & calamitoſo tempore; quo multi exules, vel inter hæreticos degentes cũ beato Iob[d] exclamãt: Pereat dies, in qua natus ſum: dies ille vertatur in tenebras: Non requirat eum Deus deſuper, & non illuſtretur lumine. Obſcurent eum tenebræ, & vmbra mortis. Occupet eũ caligo, & inuoluatur amaritudine. Non cõputetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus. Quare non in vulua mortuus ſum? quare egreſſus ex vtero non ſtatim perij? quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus? Nunc enim dormiẽs ſilerẽ, & ſomno meo requieſcerem cum Regibus & conſulibus terræ. Quare miſero data eſt lux, & vita iis qui in amaritudine animæ ſunt? Qui expectant mortẽ & non venit? Antequam comedam ſuſpiro, & quaſi inundantes aquę, ſic rugitus meus, &c. his ſimilia. Quem locum Iob D. Ambroſius explicãs[e]: Conqueritur, inquit, de illa hora inſperata, vnde in tantã lapſus eſt miſeriam. Nam cognouerat, naſci malorum omniũ eſſe principiũ: & ideo diẽ, qua natus eſt, perire optauit, vt tolleretur origo incommodorum: & optauit perire diem generationis ſuæ, vt diem reſurrectionis acciperet. Et ne quis putet omnes ethnicos in ea fuiſſe ſententia, vt diem ſuum natalem præſcripto modo colerent, eũque morti præferrent, adferam quid Cicero hac de re ſcribat[f]: Iudicauiſſe Deum dicũt, & eum quidem Deum, cui reliqui dij cõceſſiſſent, vt præter cęteros diuinaret, mortem eſſe optimum homini. Fertur etiam de Sileno fabella quædam: qui cùm à Mida captus eſſet, hoc ei muneris pro ſua miſſione dediſſe ſcribitur: docuiſſe Regem, non naſci homini longè optimum eſſe: proximum autem, quàm primùm mori. qua eſt vſus ſententia in Creſphonte Euripides.

Nam

a *Deut. 21. Prouerb. 23. & 28. Rom. 13. & 1. Petri 4.*

b *c. 1. c. comeſſationes. c. non oportet. & c. fin. diſt. 44. c. à crapula. de vita & hon. cler.*

c *Alex. ab Alexand. Genial. dier. lib. 2. cap. 22. Polyd. de rer. inuent. lib. 6. cap. 7.*

d *Iob 3. cap.*

e *in tract. de reſurrectio.*

f *lib. 1. Tuſcul. quæſt.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nam nos decebat cœtus celebrantes, domum
Lugere, vbi eſſet aliquis in lucem editus,
Humanæ vitæ varia reputantes mala:
At, qui labores morte finiſſet graueis,
Omnes amicos laude, & lætitia exequi.

Claræ verò mortes pro patria oppetitæ, nō ſolum
rioſæ rhetoribus, ſed etiam beatæ videri ſolēt. Qu
ita ſint, magna tamen eloquentia eſt vtendum, a
velut ſuperiore è loco concionādum, vt homines
tem vel optare incipiant, vel certè timere deſiſtā
ſi ſupremus ille dies non extinctionem, ſed cōmu
nem adfert loci, quid optabilius? ſin autem peri
delet omnino, quid melius, quàm in mediis vitæ la
bus obdormiſcere. Nos verò, ſi quid tale acciderit
Deo denuntiatum videatur, vt exeamus è vita, l
agentes gratias pareamus, emittique nos è custod
leuari vinculis arbitremur, vt aut in æternam, &
in noſtram domum remigremus, aut omni ſenſu
leſtiaque careamus. Sin autem nihil denuntiabi
tamen ſimus animo, vt horribilē eum diem aliis,
fauſtum putemus: nihilque in malis ducamus, q
vel à diis immortalibus, vel à natura parente om
conſtitutū: non enim temerè, nec fortuitò ſati &
ſumus: ſed profectò fuit quædam vis, quæ generi c
leret humano: nec id gigneret aut aleret, quod cu
antlauiſſet omnes labores, tum incideret in mort
lum ſempiternum: portum potius paratum nob
perfugium putemus, quò vtinam velis paſſis per
ceat. Sin reflantibus ventis reijciemur, tamen e
paulò tardius referamur neceſſe eſt. Quod autem o
bus neceſſe eſt, id ne miſerum eſſe vni poteſt? ha
Cicero. Adhæc, nónne & ipſe Sapiēs dixit[a], diem
tis meliorem die natiuitatis? In hac opinione vi
& Thraces fuiſſe, quibus mos erat in lucem edit
chrymis proſequi, mortuos conuiuiis & tripud
Trauſi, edito infante propinqui circūſedentes cum
ratu commemorabant, quantum calamitatum ill
perferēdum vitam ingreſſo: Contrà defunctum h
nem cum luſu lætitiaque efferebāt, recenſentes q
malis ſubductus ſit[c]. Plinius ſecundus[d] collectis

a *Eccleſ. 7.*

b *Eraſ. in Chiliadib. adag. chil. 2. cent. 3. Prouerb. 49.*

c *Herodot. lib. 5. hiſt. Eraſ.*

d *in proœm. lib. 7. natur. hiſto.*

mis tum natiuitatis noſtræ periculis, tum vitæ incommodis, tandem cōcludit: Itaque multi extitére, qui non naſci optimum cenſerent, aut quam ocyſſimè aboleri. Quare quàm rectè nunc faciant Chriſtiani, qui non ſolùm diem natiuitatis, ſed etiā mortis, ſplendidis ac oppiparis conuiuiis, compotationibus, & aliis exceſſibus celebrant, aliorum eſto iudicium. Quæ ſi moderata eſſent, tolerabiliora viderentur, niſi in illis parochi aliiq; ſacerdotes ſæpe multa dicerent, facerent, & audirent, præſertim in natalitiis, quæ eorum ſtatui ac ordini non conueniunt.

Si quis verò dixerit clericos & alios Chriſtianos ſua natalitia agere, exēplo Seruatoris noſtri IESV Chriſti, & S. Ioannis Baptiſtæ, quorum natiuitates ſolennibus feſtis ſancta Eccleſia Catholica celebrat: Vtinā omnes Chriſtiani, & præcipuè clerici, ſuos natales ſic celebrarent, quemadmodum ſancti Patres ac Doctores docuerunt, Chriſti, & Ioan. Baptiſtæ natiuitates decorandas & celebrandas eſſe. Et vt è multis aliquot adferam, ac oſtendam quomodo illorum natiuitates coli debeant, inprimis accipite quid D. Auguſtinus de Chriſti natiuitate ſermonem faciens, dicat[a]: Licet nos omni tempore bonis operibus ornatos ac ſplendidos eſſe conueniat, præcipuè tamen in die natalis Domini. Certè ſi te Rex terrenus, aut quicunque paterfamilias ad ſuum natalitium inuitaret, qualibus veſtimentis ſtuderes ornatus incedere, quàm nouis vel nitidis, quàm ſplendidis, quorum nec vetuſtas, nec vilitas, nec aliqua fœditas oculos inuitantis offenderet? Tali ergo ſtudio inquātum præuales Chriſto auxiliante contende, vt diuerſis virtutum anima tua compoſita, ſimplicitatis gemmis, & ſobrietatis floribus adornata, ad ſolennitatē Regis æterni, id eſt, natalem Domini Saluatoris cum ſecura conſcientia procedat, caſtitate nitida, charitate ſplendida, eleēmoſynis candida. Ideo etiā ab omni inquinamento ante eius natalē multis diebus abſtinere debetis. Quotieſcunque natalem Domini, aut reliquas ſolennitates celebrare diſponitis, ebrietatem ante omnia fugite, iracundiæ quaſi beſtiæ crudeliſſimæ repugnate, odiū velut venenum mortiferum de corde repellite, &c. D. verò Grego-

a *in Dominica 1. Aduent.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

b Homil. 8.

Gregorius a, Natus, inquit, in præſepio reclina...
deles omnes, videlicet ſancta animalia, carnis ...
mento reficeret: ne ab æternę intelligētię pabulo ...
remanerent. Quid autem eſt quod vigilantibus pa...
bus angelus apparet, eosque Dei claritas circum...
niſi quod illi præ cæteris videre ſublimia merent...
fidelibus gregibus præeſſe ſolicitè ſciunt? Dumq...
piè ſuper gregem vigilant, diuina ſuper eos gra...
gius coruſcat. Curemus ergo, fratres chariſſimi, ...
nos immunditia polluat, qui in æterna præſci...
Dei ciues, & angelis eius æquales ſumus. Vendic...
moribus dignitatē noſtram, nulla nos luxuria ...
nulla nos turpis cogitatio accuſet, non malitia ...
mordeat, non inuidiæ rubigo conſumat, non ...
flet, non ambitio per terrena oblectamēta dilan...
ira inflammet. Dij etenim vocati ſunt homines. ...
de ergò tibi, ô homo, contra vitia honorem Dei, ...
propter te factus eſt Deus homo, qui viuit & re...
ſecula ſeculorum, amen. Cur autem, & quomo...
tiuitate Domini nobis lætādum ſit, multis e greg...
monibus explicauit D. Leo Magnus, in quorum ...
ſic ait: Saluator noſter, dilectiſſimi, hodie natus ...
deamus. Neque enim fas eſt locum eſſe triſtitiæ, ...
talis eſt vitæ: quæ conſumpto mortalitatis timor...
rit nobis de præmiſſa æternitate lætitiam. Nul...
huius alacritatis participatione ſecernitur: vna ...
lætitiæ communis ratio eſt: quia Dominus noſter ...
cati, mortisque deſtructor, ſicut nullum à reatu li...
reperit, ita pro liberandis omnibus venit. Exultet ...
ctus, quia appropinquat ad palmam: gaudeat pec...
quia inuitatur ad veniam; animetur gentilis, quia ...
tur ad vitam. Dei namque filius ſecūdum plenitu...
temporis, quam diuini cōſilij inſcrutabilis altitu...
poſuit reconciliandam auctori ſuo, naturam gene...
ſumpſit humani; vt inuētor mortis diabolus per ...
quam vicerat, vinceretur. Agamus ergo, dilecti...
gratias Deo Patri per filium eius in Spiritu ſancto, ...
propter multam charitatem ſuam, qua dilexit nos, ...
ſertus eſt noſtri; & cùm eſſemus mortui peccatis, co...
uificauit nos Chriſto, vt eſſemus in ipſo noua crea...

nouumq́ue figmentum. Deponamus ergo veterem hominem cum actibus ſuis, & adepti participationem generationis Chriſti, carnis renūtiemus operibus. Agnoſce ô Chriſtiane dignitatem tuam, & diuinæ conſors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuerſatione recidere. Memento, cuius capitis & cuius corporis ſis mēbrum. Reminiſcere, quia erutus de poteſtate tenebrarum, trāſlatus es in Dei lumen, & regnū. Per baptiſmatis ſacramentum, Spiritus ſancti factus es templum. Noli tātum habitatorem prauis de te actibus effugare, & diaboli te iterum ſubijcere ſeruituti, &c.[a]

Pulchre admodū, & expreſsè inſtituti noſtri ſententiam à D. Bernardo confirmatam inueni, qui in aduentu Domini de ipſius natalis ſolennitate verba faciens[b]. Quantæ, inquit, inſaniæ, vt poſt tanti Regis aduentum, aliis quibuſlibet negotiis homines velint ſeu audeant occupari; & non magis omiſſis omnibus, ſoli eius cultui vacent, nec in eius præſentia cuiuſquam meminerint cæterorum? Quorum ſecularis eſt mens & vita, memoriam hanc etſi celebrant, ſine deuotione & affectione dies iſtos arida quadam conſuetudine obſeruāt. Denique, quod damnabilius eſt, ipſa quoque inæſtimabilis huius dignationis memoria datur in occaſionem carnis, vt videas eos tanta ſolicitudine diebus iſtis veſtium gloriam, ciborum parare delicias, ac ſi hæc & huiuſmodi quærat in natiuitate ſua Chriſtus; & ibi ſuſcipiatur dignius, vbi hæc accuratius exhibētur. Sed ipſum audi dicentem: Superbo oculo & inſatiabili corde, cum hoc non edebam: quid tanta ambitione veſtes paras in natalem meum? Deteſtor ego ſuperbiam, non amplector. Quid tanta ſolicitudine ciborum copias reponis in tempus illud? Damno ego carnis delicias, non accepto. Planè inſatiabilis es corde tanta parans; & ex tam longo: nam corpori vtique & pauciora ſufficerent, & quæ poſſent opportunius inueniri. Celebrans ergo aduentum meum, labiis me honoras, ſed cor tuum longè eſt à me. Non me colis, ſed Deus tuus venter eſt, & gloria in confuſione tibi. Infelix omnino, qui voluptatem corporis, & ſecularis colit gloriæ vanitatem. Beatus autem populus,

cuius

a De hac Chriſti natiuitate lege Chryſoſt. Hom. & oratio. de B. Philogonio. Cyprian. de eadē ſermo. Bernard. ſerm. de eadem & eiuſdē vigilia.

b in ſerm. 3. de aduent.

Pſal. 100.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cuius eſt Dominus Deus eius. Fratres nolite
mulari in malignantibus, neque zelaueris facie
iniquitatem. Intelligite magis in nouiſſima con
compatimini eis ex animo, & orate pro eis, qui p
cupati ſunt in delicto. Hæc enim faciunt miſeri,
ignorantiam Dei habent. Nam ſi cognouiſſent,
Dominum gloriæ tanta aduerſum ſe inſania p
carent.

Porrò, qui exemplo D. Ioannis Baptiſtæ ſe
ſuos celebrare dicunt, audiant, quæſo, quid ipſi
a Mat. 3. Luc. 3. & Ioan. 1. Iſa. 40. c. hæc autē. 23. q. 4. Mar. 1.
patronus concionetur[a]: Ego vox clamantis in de
dirigite ſeu parate viam Domini, rectas facite
eius. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim r
cælorum. Genimina viperarum, quis oſtendit v
gere à ventura ira? facite ergo fructus dignos p
tia. Iam enim ſecuris ad radicem arboris p
Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum
detur, & in ignem mittetur. Qui habet duas
det non habenti vnā: & qui habet eſcas, ſimilite
Multa quidem & alia exhortans euangelizabat
Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de p
melorum, & zonam pelliceam circa lumbos
autem eius erat, locuſtæ & mel ſylueſtre. D.
Chryſoſt. ſuper præmiſſis egregium ſermonem
b Homil. 10. in Matt. & 3. in oper. imperſ.
inter alia inquit[b]; Venit Ioannes, nihil aliud
quàm vt illos ad peccatorum ſuorum cogniti
hat. Hoc illius etiam habitus ipſe oſtendit, q
compunctioni, ac pœnitentiæ congruebat. Ho
quoque prædicationis eius verba declarant. Ni
aliud aiebat, quàm, facite fructus dignos pœnit
illi impræparata menſa, & facilis amictus, & h
facilior amictu. Neque enim vel tecto indigu
lecto: non menſam vel aliqua huiuſmodi requ
angelica quadam vita mortali in carne reſp
Propterea etiam veſtimentum de pilis camelo
buit, vt habitu quoque ipſo mundi contempti d
ſuadens cæteris nihil cum terra habere comm
ad priorem nobilitatem reuerti. Quod quidē ipſ
c Matth. 11.
ſtus pro maxima prædicat laude virtutis[c]. Qu
quit, exiiſtis videre in deſertum, hominem moll

ſti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtimentis indutum? Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt. Si verò ille in omni vitæ ratione mundiſſimus, cœloq; ipſo clarior, & prophetis celſior, quo nullus hominum maior fuit, quique tanta apud Deum familiaritate gaudebat, ad omnem tamē patientiam durabat laborum, ſatis altè deliciarū fluxa deſpiciens, atque ad omnem ſe vitæ rigorem coartās; quam nos ſatisfactionē adferre poterimus, qui poſt tot Chriſti beneficia, poſtque mille noſtrorum onera peccatorum, ne minimam quidem partem illius caſtigationis imitamur: ſed comeſſationibus, & potationibus dediti, ac peregrino odore fragrantes, vel potius fœtentes, nihilque à theatralibus feminis diſcrepantes, ac noſmetipſos eneruantes vndique, ac vndique relaxātes, in prædam diaboli præparamur. Hunc igitur etiam nos ſtudeamus imitari, & omnem luxuriam ac temulentiam relinquentes, ad precioſiorem vitam nos vndique coartemus. Abſiſtamus ab hac fluida, diſſolutaque vita. Nequeunt enim omnino, nequeunt aliquando in vnum & confeſſionis lachrymæ & corporis conuenire voluptas. Et hæc nos doceat beatus Ioānes, & cibo ſuo, & habitu, & habitaculo, &c. quæ licet pulcherrima breuitatis ſtudio omittenda duxi. Nunc quid D. Bernardus in illius natiuitate concionatus ſit, ſubijciam: Hic Ioannes, quo nullus maior in natis mulierum, innocentiſſimum illud corpus ſic caſtigat, ſic extenuat, ſic affligit: vos indui feſtinatis byſſo & purpura, & ſplendidè epulari? heu hic eſt præſentis totus honor diei, hæc Baptiſtæ reuerentia tota: hæc natiuitatis eius prophetata quondā lætitia eſt? Cuius enim memoriam agitis, ô nimis delicati cultores, cuius celebratis natalem? Nónne illius, qui in eremo fuit hirſutus veſte, confectus inedia? Quid exiſtis in deſertum videre filij Babylonis, arundinem vento agitatam? Quid igitur? hominē mollibus veſtitum? nutrium mollibus? In his nempe tota verſatur hæc veſtra celebritas, in popularis fauoris aura ſectanda: in gloria veſtium, & voluptate ciborum. Sed quid hæc ad Ioannem? Neque enim Ioannes fecit ſic, aut talibus vnquam potuit delectari. Multi, (ait angelus [a]) in natiuitate eius gaudebunt. Verum id quidem, multi in natiuitate eius

a Luc. 1.

gaudent: & paganis ipſis (vt audiuimus) læta eſt &
lennis. Illi celebrant quod ignorant, ſed non ita
runt Chriſtiani. Nunc verò & ipſi in hac B. Ioannis
ptiſtæ natiuitate gaudent, ſed vtinam de natiuitate
de vanitate. Gaudemus intus, & non ſub ſole, ſed
a 2. Corint. 6. Apoſtolum [a], tanquam triſtes propter humilitatem
grauitatem: ſemper autem gaudẽtes propter inter
conſolationem. Gaudeamus, dilectiſſimi, in nat
Ioãnis, & gaudeamus de ipſa natiuitate. Ille erat
ardens & lucens. Gaudeamus in feruore eius ad
tionẽ; gaudeamus in lumine, non tamẽ ibi manẽ
vt in lumine eius videamus lumẽ. Lumen vti
quod nõ eſt ipſe, ſed cui teſtimoniũ perhibet ipſe.
damur ad pœnitentiã, fratres, interrogemus con
noſtras, & animemur ad vltionẽ exigendã de no
horrendũ poſſimus euadere iudiciũ Dei viuẽtis.
quid verò minus eſt feruoris, humilitas ſuppl
confeſſionis. Fidelis eſt Deus ſi confiteamur ini
noſtras, ſi miſerias noſtras exponamus, ſi nõ ex
infirmitates noſtras, dimittet nobis peccata no

Rurſum idem Bernardus alterũ de natiuitate
Baptiſtæ ſermonẽ faciens. Conſiderandũ, inquit,
dignitate præpolleat natiuitatis huius celebrã
tio, quãtamq́ue gratiam in oculis Eccleſiæ po
uenire. Nullius hominis natiuitatẽ, præter ſolius
authoritatis arcẽ recepit Eccleſia, huius iſtius
ne ſeruata. Nouit enim, quia melior eſt dies mo
natiuitatis; & quod ortus hominũ triſtitia co
Inde eſt quòd diẽ mortis martyrum, nõ natiui
lennizat Eccleſia: mortẽ tamẽ illorũ natalitio
mine nominãs, quibus factus eſt de morte nat
enim cœperunt de morte naſci ad vitã, cùm vi
fuerunt pro vita. Porrò quãta ſublimitas in co
ne fuerit, non eſt currẽtis linguæ volubilitate
b Mat. 3. et 11. dum, ſed euãgelicæ dignitatis comprobandũ
Rigida veſtis et duriſſimis hiſpiditatibus cõte
re ſqualifero corpus afficit patriarchæ; carnemq́
rimam immatura diſtrictio diſciplinę feritate
teneros artus, & ſacratiori ſpiritu ſuperfuſos,
quaſſat longitudo martyrij. Cibus autem eius

erat? Non quæruntur perdices, faſiani, ſeu aliæ aues: nõ per totam curritur regionẽ, vt patriarchalis ſtomachus impleatur: ſed erat eſca eius locuſta & mel ſylueſtre. Cœli rore paſcitur, & animalis viliſſimi ſatiatur edulio, nihilq; coctũ accepit ieiunãtis auſteritas. Caſtigato vẽtri, & diuturna maceratione diſtẽto, ignota fuit varietas ferculorum, nec introiuit in os eius, quod gulam alliceret, ſuffarciret ventrem, ſtomacho blandiretur.

At, quia veriſimile eſt, nullos hãc literalẽ viuẽdi rationem D. Io. Baptiſtæ nũc velle imitari, adferã aliã ex Innocẽtio faciliorẽ, quã omnes ſalutis ſuæ ſtudioſos, ſpero libẽter amplexuros. Multi, inquit[a], gaudẽt in natiuitate Ioãnis ſecundũ tropologiã, vniuerſi videlicet, qui naſcentẽ in ſe Dei gratiã cũ mẽtis hilaritate ſuſcipiũt, & conſeruant. De qua dicebat & orabat Pſalmiſta[b]: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali cõfirma me. Ioãnes enim interpretatur Dei gratia, quæ per affectũ concipitur. Et multi in natiuitate eius gaudent, videlicet omnes boni, qui proximo ſuo cõgratulantur in bono. Propter quod veritas dicit[c]; luceat lux veſtra corã hominibus, vt videntes opera veſtra bona, glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Eſt ergo ſummoperè prouidendũ, vt qui gaudemus exterius in corpore, gaudeamus intus exultantes in mẽte: Non eſt autẽ impijs gaudere dicit Dominus[d]: nec eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum. Quocirca purgemus animas noſtras à maculis peccatorum, vitiorũ, vt tãtæ ſolennitatis gaudiũ dignè celebrare poſſimus: ne fortè ſimus ex illis, qui lætãtur cùm malefecerint, & exultãt in rebus peſſimis: & tenent tympanũ & citharã, & gaudẽt ad ſonitũ organi, ſed in pũcto ad inferna deſcẽdunt.

a *ſerm. 3. de nat. Io. Baptiſtæ.*
b *Pſalm. 50.*
c *Matth. 5.*
d *Pſalm. 37.*

Si quis verò obijciat, D. Auguſtinũ diem ſuũ natalẽ prãdio celebraſſe: Fateor, ſed ſicut ipſemet ſcripſit[e], tenui, vt ab eo nihil ingeniũ impediretur. Verũ diligẽter à lectore illic animaduerti cuperẽ, quos ſe cõuiuas habuiſſe cõmemoret, & quo ſtudio ac intẽtione eos inuitauerit: nõ ad indulgendũ genio, nõ ad curandũ cutẽ, fœcũdos euacuandũ calices, potandũ hauſtus ęquales, comedendas placẽtas, paſtillos, artocreata, & alia his ſimilia delicata & oppipara fercula, ſed ad tractãdũ & diſputãdũ omni cũ ſobrietate, modeſtia, ac pietate de vita bea-

e *in lib. de vita beata.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de qua tunc librum ſuum, quem de illa ſcripſit, mi
diſputatione compleuit, quemadmodum ipſe teſta
a lib.1.retract. cap.2. reliquit[a]. Quod ſi hoc modo Canonici & alij eccle
ſtici ſuos iam celebrarēt natales, profectò illos appr
laudarem, nec tam prolixum hac de re ſcribendi
uiſſem laborem. Deinde quod D. Auguſtinus nata
ſuum celebrauerit, & aliis, vt hoc ipſum in ſpirital
dio facerent, docuerit, propter ſui temporis hære
feciſſe videtur: qui ſuſtinebant, non eſſe bonum na
idcirco natiuitatem noſtram non colēdam. Quam
nionem ipſe longa diſputatione refutat in libro de
b cap.127. uerſis quæſtionib[b]. Vbi inter alia dicit; Certè o
homo gaudet cùm fuerit Dei dignationem adept
meliorari ſe credit, dum ſacramentū creatoris a
quod vtique non aſſequeretur niſi natus: quia
natiuitatis, cognitio eſt veritatis. Et ſi encœnia c
bantur Hieroſolymis, id eſt, dedicationis temp
agebatur feſtiuitas: quanto magis ipſius homin
brandus natalis eſt, qui magis templum Dei eſt
etiam ad agendum Deo gratias manibus temp
fabricatum. Melius eſt enim templum corpus n
quia hoc Dei opere, illud verò humano labore c
ctum eſt: & hoc ſub ſpe æternitatis eſt, illud pe
nis. Itaq; qui Deo inſtituente natum ſe nouit, v
tias agat, cognitum habens myſterium eius, d
natali ſuo gaudere, videns profectū eſſe natiuita
Verè autem naſci illi non debuerunt, qui creator
relinquentes gloriam eius aliis deputant: horum
natiuitas proficit ad pœnam, ſed non natiuitas c
incurrit, ſed voluntas. Itaque non video reos f
mines, quia nati ſunt, ſed quia malè conuerſ
Promiſſum eſt regnum cœlorum natis benè age
vt neque natiuitas proſit malè agenti, neque
poſſit benè agenti. At reſpondetur è contra: Si v
natiuitas, cùr renaſcimur? Non renaſceremur, ni
eſſet natiuitas. Renaſci enim renouari eſt, & qu
uantur, inſtaurantur. Non ergò accuſat renaſ
natiuitatem, ſed reformat. Et quod reformatur,
initio inſtitutum probatur. Hæc ille.

D. Ambroſius ad Felicem Epiſcopum Com
ſcri

ſcribens[a], quomodo natalem ſuum, non lautis ac delicatis conuiuiis & cõpotationibus, ſed piis orationibus & meditationibus in eccleſia celebrare debeat, egregiè inſtruit, atque inter alia dicit: Natalem tuum proſequemur noſtris orationibus, & tu noſtri in tuis votis non obliuiſcaris. Te noſter ſpiritus comitabitur, tu quoque cùm ingredieris ſecundum tabernaculum, quod dicitur ſancta ſanctorum, facito noſtro more, vt nos quoq; tecum inducas cum ſpiritu. Adolens aureum illud thymiamaterĩõ, nos ne intermiſeris. Ipſum eſt enim quod in ſecũdo tabernaculo eſt, de quo plena ſapientię oratio tua, ſicut incenſum, dirigitur ad cœleſtia, &c. Epiſcopis lectu digniſſima.

a epiſt. 5. lib. 1.

Poſtremò D. Ioan. Chryſoſtomus erudiens nos quomodo dies Dominicus & natalitia noſtra à nobis celebranda ſint. Iam, inquit[b], ſi nos natalitia celebramus, & multi libertinorum etiam eos dies, in quibus libertate donati ſunt in magno habent honore, ita vt alij venerando tempus, conuiuia faciant, alij multa munera largiantur: quanto magis nobis dies ille obſeruandus, quẽ ſi quis natalitium totius humanę naturæ appellet, haud aberrarit. Perditi enim eramus, & inuenti ſumus: mortui eramus & reuiximus: inimici eramus, & reconciliati ſumus. Spirituali autem honore hunc diẽ venerari oportet, non conuiuando, non vinum profundẽdo, non ebrietati choreiſque vacando, ſed indigentes fratres liberalitate facili iuuando.

b in Hom. de eleemoſ.

De Calendarum Ianuarij & Vigiliæ earundem ritu ac cultu.

CAP. XIII.

PORRÒ, quia Calendas Ianuarij, earumq́ue vigiliam, cõuiuiis, compotationibus, ſtrenis, tripudiis, cantilenis & aliis ad gentilium imitationem[c], ritibus coli & obſeruari vidimus, quid de illarum celebratione & obſeruatione ſancti Patres ſtatuerint & docuerint Chriſtianis faciendum eſſe iam dicemus. Inprimis à S. Zacharia Papa ſtatutum legitur[d]: Si quis Calendas Ianuarij ritu paganorum colere, vel aliquid plus noui facere propter nouũ annum, aut menſas cum lampadibus vel epulis in domibus præparare, & per vicos

c Polyd. de rer. inuent. lib. 5. cap. 2.

d c. ſi quis. 26. q. 7.

Calẽdas Ianu. ritu gentili nõ colendas.

 & pla-

& plateas cātores & choros ducere præſumpſerit, a-
thema ſit. D. verò Auguſtinus [a]: Non obſerueti
dies, qui dicuntur AEgyptiaci, aut Calendas Ian
quibus cantilenæ quædam & comeſſationes, & a
cem dona donātur, quaſi in principio anni boni
gurio, aut aliquos menſes & tēpora, aut dies &
aut lunæ ſolisque curſum: quia qui has & qua
diuinationes, aut fata, aut auguria obſeruat, aut
aut conſentit obſeruātibus, inutiliter & ſine ca
gis ad ſui damnationem, quàm ad ſalutem tend
qui per quoſdam numeros literarum & lunæ,
Pythagoricam necromantiam ægrotantium vi
mortem; vel proſpera, vel aduerſa futura inqui
qui attendunt ſomnialia ſcripta, & falsò Dan
mine intitulata; & ſortes, quæ dicūtur ſanctoru
ſtolorum; & auguria auiū; aut aliqua pro domo
da; aut propter cōiugia copulanda; aut in colle
herbarum carmina dicunt; aut pyctociola p
infirmitate ſcripta ſuper homines & animalia
præter ſymbolum & orationem Dominicam;
gicis falſitatibus & grandinariis tempeſtatibu
Qui autem talibus credunt, aut ad eorum dom
tes, aut ſuis domibus introducunt, & interroga
ſe fidem Chriſtianam & baptiſmum pręuarica
ad paganum & apoſtatam, id eſt, retrò abeūtem,
inimicum, iram Dei grauiter in ęternum incur
eccleſiaſtica pœnitentia emendatus Deo recon
Dicit enim Apoſtolus [b]: Siue manducatis, ſiue
ſiue aliquid aliud facitis, in nomine Domini n
Chriſti facite. His conuenienter addere licebit,
Iſidorus in eandē ſcribit ſententiam, dicens [c]
Calendarum Ianuariarum propter errorem ge
inſtituit Eccleſia. Ianus enim quidam princeps
rum fuit, à quo nomen menſis Ianuarij nunc
Quem imperiti homines, veluti Deum colentes,
gionem honoris poſteris tradiderunt, diemque
ſcenis & luxuriæ ſacrauerunt. Tunc enim miſeri
nes, &, quod peius eſt, etiam fideles ſumentes
monſtruoſas in ferarum habitu trāsformantur
mineo geſtu demutati, virilem vultum effæmina

a in c. non obſeruetis. 26. q. 7. Durand. in ratio. diuin. offic. lib. 6. cap. 15. in fin.

b 1. Corint. 10.

c lib. 1. de eccleſ. offic. cap. 40.

Calendæ Ianuarij quomodo à gentilibus cultæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nulli etiam de fanatica adhuc conſuetudine, quibuſdam ipſo die obſeruationum auguriis profanantur: perſtrepunt omnia ſaltantium pedibus, tripudiantium plauſibus, & quod his turpius eſt nefas, nexis inter ſe vtriuſq; ſexus choris, inops animi, furens vino turma miſcetur. Proinde ergò ſancti Patres, conſiderantes maximam partem humani generis eodē die huiuſmodi ſacrilegiis ac luxuriis inſidere, ſtatuerunt in vniuerſo mundo per omnes eccleſias publicum ieiunium, per quod agnoſcerent homines intantùm ſe prauè agere, vt pro eorum peccatis neceſſe ſit omnibus eccleſiis ieiunare.

Ieiunium Calend. Ianuarij cur inſtitutū.

Dn. Albinus Flaccus Alcuinus ſuam de his Calendis opinionem proferens a; Hæ Calendæ, inquit, ſecundum dementiam gentilium potius dicendæ ſunt cauendæ, quàm calendæ. Ea ſiquidem tempeſtate (quādo iudices præerant filiis Iſraël, hoc eſt, ante Samſonem) fuit quidam princeps Gentilium in Italia, nomine Ianus, à quo Ianuarius menſis poſteà nuncupatus eſt. Hunc verò Ianum imperiti homines, qui Deum non cognoſcebant, quaſi Regem metuebāt, & pro Deo illum colere cœperunt, duaſque illi facies figurauêre, propter Oriētem & Occidentem: necnon & quadrifrontem appellauerunt, id eſt, Ianum geminum, propter quatuor partes, ſeu elementa quatuor, atque tempora quatuor. Sed cùm hoc facerent, formabant potius monſtrum, quàm Deum. Vnde Numa poſt Romulum hunc eſſe primū menſem anni voluit, tanquam bicipitis Dei menſem reſpicientem, ac proſpicientem tranſacti anni finem, futuriq; initium: & Ianuarium vocatū, eò quod ſit limes & ianua anni. Vnde imperiti homines veluti Deū colentes, diē ipſum multis ſpurcitiis ſacrauerunt. Quidam mutabant ſe in ſpecies monſtruoſas, in ferarumque habitus transformabāt. Alij in fœmineo geſtu mutati, virilem vultū effæminabant. Nec immeritò virilem fortitudinē non habēt, qui in mulieris habitum tranſierunt: aliqui fanaticis auguriis profanabantur, perſtrepebant ſaltando pedibus, tripudiando plauſibus: nōnulli ita auguria obſeruabant, vt focum de domo ſua, vel aliud quodcunq; beneficium, cuiquā petenti minimè tribuerent. Diabolicas etiam ſtrenas & ab aliis accipiebant, & ipſi aliis

a in lib. de diui. offic. tit. de Calend. Ianua.

Ianus cur bifrons & quadrifrons dicatur.

Vide Durand. in ratio. diuin. offic. lib. 6. cap. 15.

Ieiunij publici origo Calend. Ianuarij.

tradebant. Necnon etiam menſulas plenas ad man-
candum tota nocte paratas habebant, credentes q
Calend. Ianuarij per totum annum præſtare poſſen
quia his atque aliis miſeriis mūdus vniuerſus re
erat, ſtatuit vniuerſalis Eccleſia ieiunium publicu
die fieri, quatenus his calamitatibus auctor vitæ f
imponeret. Sed quia Domino largiente, hæc à fid
pro nihilo habentur, licet quantulæcunq; ſimilitu
quod abſit, adhuc lateant in feris hominibus, om
men conamine prohibendę ſunt atque pellenda
enim aliud quicquam noui in iſtiuſmodi Calend p
mendum eſt, niſi quod & in aliis Calend. menſiu
cepto quod octauæ Dominicæ cum eximio cul
brantur. Sed neque illud reticendum, quod dum p
die hæ ſuperſtitiones diabolicæ Romæ agerentu
dam S. Almachius, cùm diceret: Hodie octauę d
minicæ ſunt, ceſſate ab his ſuperſtitionibus idol
& ſacrificiis pollutis, iubente Alypio vrbis p
hac de cauſa interfectus eſt. Quo ſcelerato crim
tyrãnidis exemplo paſtores fortaſſe territi ac p
videntur ceſſaſſe populum redarguere de præſ
perſtitionibus, & exhortari atque vrgere ad p
ieiunij obſeruationem: Atq; hac ratione iſtud E
præceptum prorſus in deſuetudinem veniſſe p
& illas, ſi non omnes, ſaltem pleraſque ad hæc
tempora perſeueraſſe; niſi quod quæ olim ipſis C
fieri ſolent, nunc aliqua eorum in illarum vigil
veſpera & nocte præcedente fiant. Verùm qu
ethnici non tãtùm Ianuarij, ſed etiam cæterorum m
ſium Calendas variis inhoneſtis & indecentibus
celebrare conſueuerãt [a], idcirco hæc generalis à
no Papa promulgata fuit conſtitutio [b]. Non lic
quas obſeruationes agere Calendarum, & otiis v
neque lauro, aut viriditate arborum cingere d
Omnis enim hæc obſeruatio paganorum eſt.

a Macrob. lib. 1. Satur. cap. 15.
b c. non licet. 26. q. 7.

Vincite igitur oro prauam & pernicioſam cōſu-
dinem celebrandi Calendas Ianuarij, eiuſque vigil
& cogitate, quod non hoc ſolū graue eſt, quod q
ſic colunt, ſibi damnum & Dei indignationē aſſ
ſed & quod multis aliis ſcandalo ſunt. Quippe h

gen

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gentiles & Iudæi videntes eos, qui quotidie in templo verſantur, & ſacra officia peragunt, talia facere, quomodo res noſtræ religionis pro deceptionibus non habebunt? & non idem de omnibus nobis ſuſpicabuntur? Annon auditis beatum Paulum admonentem & conſulentem clara voce [a]: Abſq; offendiculo eſtote? Deinde ne putetis de noſtris tantùm admonere, ſubdit: & Iudæis & Gentibus. Et tandem adijcit: & Eccleſiæ Dei. Nihil enim ita offendit, & nocet religioni noſtræ, vt ſcandali anſam præbere infidelibus. Nam quando vident aliquos è noſtris virtute conſpicuos, huius vitæ negotia & curas è ſublimi cõtemnere, carnis deſideria non ſectari, multos ex ipſis malè habet: plerique admirantur & obſtupeſcunt, quod cum eiuſdem naturæ nobiſcum ſint, non concedantur ipſis eadem. Denique quando vident paruum aliquod delictum noſtrorum, ſtatim linguam exacuunt ſimul contra nos omnes, & ex vnius delicto totum clerũ iudicant. Neque hoc contenti ſunt, ſed ſtatim aduerſus caput ſuum loquentes, ob ſeruorum delicta etiã communem Dominum blaſphemare audent, & putant velamẽta errorum ſuorum eſſe aliorum deſidiam & peccata. Quod autẽ hoc maximè periculoſum ſit his, qui blaſphemiæ occaſionem præbent, audiamus prophetam clamantem, & ex perſona Dei dicentem [b]: Væ vobis, quia propter vos nomen meum blaſphematur in gentibus. Terribile hoc verbum eſt, & horrore plenum. Væ enim, hoc eſt, quaſi lamentantis ſupplicium illos non euaſuros. Porrò ſicut hos qui per ſuam negligentiam ac peccata cauſam illis præbent blaſphemiæ, tanta manet pœna ac condẽnatio: ita è diuerſo virtutum ſtudioſis fit multarũ coronarum materia: quod docens Chriſtus dicebat [c]: Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videãt opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Nam quemadmodum illi delictis aliquorum offenſi, linguã acuunt contra Dominum noſtrum: ſic, inquit, ſi virtutem exercueritis, videntes vos homines, non vos tantũ laudabunt; ſed cùm viderint opera veſtra lucentia, & facies veſtras illuſtrantia, ad glorificandum patrem veſtrum in cœlis prorumpent: cumque hoc ab illis fit, rurſum no-

a 1. *Corint.* 10.

b *Iſa.* 52. *Ezechiel.* 36. *Rom.* 2.

c *Matth.* 5. *c. quatuor.* 12. *q.* 2.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſum noſtræ retributiones augebuntur, & mult
bona concedet Deus, eo quòd ab illis laudetur. O
igitur faciamus fratres, vt per noſtra opera glori
Dominus noſter, & nulli ſimus offendiculi occa

a Chryſoſt. Hom. 7. in Geneſ.

Quomodo Vigilia Epiphaniæ celebranda ſit.

CAP. XIIII.

PRÆTEREA, deplorandum etiam mihi
vigiliam Epiphaniç in tantam veniſſe de
& gentilitatem, quaſi (vt ſic loquar) vt non
ritè acta, niſi veſperi creetur & inauguretur Re
tur oppipara cœna, incendantur multæ cande
norem & inaugurationem Regis, eoque bibere
metur ab omnibus diſcumbentibus, apertis &
capitibus: Rex bibit. His, inquam, & aliis ritib
uiis ac voluptatibus niſi traducatur veſpera in
noctem, non rectè vigilia iſta celebrata credi
tum ieiunet, vel à cœna abſtineat, ſimulatæ
pietatis, & ſanctitatis notatur & arguitur. O t
ô mores, ô, quàm procul à prima vigiliarum i
ne, & earundem in ieiunium mutatione iam
eſt. Refert Polydorus Vergilius [b] ex Tertullia
ad vxorem: Morem fuiſſe ſtatim ab initio c
religionis, vt, quia Seruator Chriſtus noctu n
luiſſet, ſacerdotes nocturno tempore ſurgerent,
canonicas canerent, ac profani ſimiliter viri a
lieres de media nocte ſurgerent, & dies, præſer
ſchales, agerent pernoctantes in templo, ibique
& die cœnæ Domini conuiuium concelebrare
Dominicum conuiuium appellabant, vnaque c
frequenter conuiuarētur, vbi ſimul inopes cibo
bantur. Hęc & huiuſmodi ſancti illi (vt D. Hiero
ait [c]) cecinerunt, fecerunt, ac ſcripta reliquerunt
eorum poſteri paribus excitaremur exemplis,
brandas etiam noctibus ſalutis noſtræ excubias
nempe ex præcepto Domini fiebat, dicente ſuis
lis [d]: Sic non potuiſtis vna hora vigilare mecum
late & orate, vt non intretis in tentationē: ſpiritus
dem promptus eſt, ſed caro infirma. Et Propheta
ipſum decantat [e]: Media nocte ſurgebam, vt con

b lib. 6. de inuen. rer. cap. 4.

c in ferm. de obſeruat. vigili.

d Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22.

e Pſalm. 118.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tibi ſuper iudicia iuſtitię tuę. Item Apoſtolus ait [a]: Orationi inſiſtite vigilantes. Hinc populus quoque imitans illos & paſtores, qui circa Bethleem atque gregē ſuum nocte excubias agentes [b], meruerunt primi de ortu Domini cognoſcere, ſolebat ea nocte, quę diem quempiam præceſſiſſet ſolennem, in templis ad ſepulchra martyrū pernoctare orando, ſacroſque hymnos canendo. Sed quia ea pietas poſtea paulatim in impietatem, illi ſacri hymni in diſſolutas cantiunculas, preces illæ in procaces affectus verti cœperunt: ita vt in eo nocturno conuentu, pueri puellæque amores ſuos iam licentius meditari, iuuenes palam ſtuprum offerre, ſenes lenociniū facere, & matronæ paſſim corrūpi minus erubeſcerent. Quod Patres vbi animaduerterunt, ne id malum latius ſerperet, tandem inſtituerunt loco vigiliarum, ieiunium illis diuis, pridie diei cuiuſque feſti, ſi ille celebris ac ſolennis eſſet, & vt ſacerdotes nihilominus de media nocte ſurgerent, ac horas ſuas celebrarent: quia vti Cyprianus ait [c], efficax ſit precatio præcedente ieiunio. Manſit dein vigiliarum, id eſt, officij nomen huiuſmodi ieiunio, quod æquè obſeruatur ac quadrageſimale. Ita Aegyptij, teſte Herodoto [d], pridie diei feſti, ſolenne ieiunium habere, & poſtquam dormierant, vaccam immolare ſolent. Hunc ritum attendāt, qui eiuſmodi diebus grauatè abſtinent, quando inde ſcire licet, nos à priſcis hominibus iſtum accepiſſe abſtinentiæ modum, vt non videantur nouum obiiſſe munus.

a *Coloſſ. 4.*
b *Luc. 2.*
c *in ſerm. de ieiu. & tenta.*
d *lib. 2. hiſto.*

Ioannes verò Belethus inſignis academiæ Pariſienſis olim Theologus, de diuinis officiis ſcribens circa an. Do. 1153: Solebant, ait [e], maiores noſtri illa nocte, quæ proximè feſtum præcedebat, vigilare, vnde & vigilias appellabant dies feſta proximè præcedentes, ad quas conueniebant iuuenes & puellæ, cantores & luſores, ſicut adhuc fit in pleriſque regionibus, vt in Pictauia, præcipuè in feſtis patronorum eccleſiarum. Sed quoniam multa inde naſcebantur incommoda, inſtitutum fuit, vt in locum vigiliarum ſuccederent ieiunia, vt eo demum modo comeſſationes ſuperfluæ & ebrietates, quæ crebrò contingebant, tollerentur è medio. Quod in ea forma ab Eccleſia ita diſpenſatum

e *lib. de diui. offic. cap. 11.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſatum accepimus. Si quis tamen ieiunaret & vig
is vtique haud malè faceret. Nihil enim vetat
duplicare. Eheu, quò ergo nos iam deuenimus, q
Epiphaniæ vigiliam, neque illius loco inſtitutu
nium obſeruamus, ſed per hoc abrogatarum
Patribus comeſſationum, ebrietatū, luxuriarum
luptatum diuerſarum obſeruatores tenaciſſimi

His addere licebit, quod Guilielmus Durand
ſcopus Mimatenſis an. Dn. 1286 ad inſtituti no
firmationem ſcripſit, dicēs [a]: Sciendum autem e
in primitiua Eccleſia miniſtri eccleſiæ ter de no
terpolatim ſurgebant, ad diuinum officium c
dum; tria in hoc tempora deſignātes, videlicet
ante legem, tempus ſub lege, & tempus gratiæ
bant enim primò, circa primum ſomnum, qua
gus ſolet ire dormitum: ſecūdò, circa mediam
tertiò, paululum ante diem; ſic ordinantes vt
nocturnum & lectiones cum ſuis reſponſorii
perlectæ eſſent, prius quàm luceſceret: appar
aurora pulſatis campanis cantabant: Te Deum
mus, & matutinas laudes. Ad primam nocturn
tifex & miniſtri Eccleſiæ ſurgebāt, quæ ſine in
cantabatur, pro eo, quia nullus ad hanc inuitab
vocabatur vigilia, quia habuit initium à paſto
gilias noctis ſuper greges ſuos ſeruantibus. In p
tamen ſolēnitatibus populus tota nocte in Dei la
perſiſtebat, ac vigilabat, quod adhuc Romæ &
riſque locis in magnis feſtiuitatibus, præſertim
rum patronorum eccleſiarum obſeruatur. Sed
ſores, & cantores conueniebant, & turpibus c
& ſaltationibus, & comeſſationibus, potatio
fornicationibus intendere cœperunt; propter
multa alia inconuenientia, quæ fiebant, huiuſ
giliæ ſunt interdictæ: & inſtitutum, vt loco ca
ieiunia, quæ ieiunia adhuc retinent nomen offi
communiter vigiliȩ, & non ieiunia nuncupātur.
tamen ieiunaret, & honeſtè in eccleſia vigilaret,
bene faceret. Ad ſecundam nocturnam ſurgebant
ſtri ſimul & coniugati [b], tam mulieres, quàm vir
cum inuitatorio dicebatur: ad ſignificandum

inuit

a in ratio. diuin. offic. lib. 5. cap. 3.

b Guil. Durand. in ratio. diuin. offic lib. 6. cap. 7.

inuitantes paſtores, ad videndum Regem natum. Ad tertiam ſurgebant omnes communiter: ſed poſteà algeſcente charitate, cum omnes tam miniſtri eccleſiæ, quam populus ſurgere ad matutinum officium pigritarent, ſtatutũ eſt, vt omnes media nocte ſurgerent, iuxta illud Prophetæ[a]: Media nocte ſurgebam, &c. Et totum noctis officium continuè cantaretur, & plures adhuc illa hora ſurgunt. Quia verò quidam nocturnis deliciis plus quam Dei ſeruitiis vacantes, inſtitutionem huiuſmodi non ſeruabant, conſequenter ſtatutum fuit, vt ſaltem tempore vltimi nocturni omnes ſurgant. A nonnullis nocturnum officium in quatuor partes eſt diſtinctum, ſcilicet in tres nocturnas, & matutinas laudes, quod per quatuor noctis vigilias contra quatuor hoſtiũ perſecutiones, antiquitus Eccleſia decantabat. Porrò in memoriam illius laudabilis conſuetudinis, & deuotionis antiquorum, in tempore æſtiuali celebrat Eccleſia nocturnum officium in tempore primæ nocturnæ; licet quandoque tempeſtiuius (quod quidam vigilias ſub antiquo nomine vocant) & ſpecialiter in feſtiuitatibus beatorũ Ioannis Baptiſtę, Petri & Pauli, & Aſſumptionis beatæ Mariæ: quæ ſunt præcipuæ illius temporis ſolennitates. Romani etiam adhuc in præcipuis feſtiuitatibus totius anni, in ſero dicunt tres pſalmos, & tres lectiones, quos vigilias vocant; & in nocturnis idem repetunt: & totum officium matutinum perficiunt[b].

Vigiliam autem Epiphanię olim in Eccleſia fuiſſe celebrem, teſtantur antiqua Rom. Miſſalia & Breuiaria, & liber rituum eccleſiaſticorum SS. Rom. Eccleſiæ[c], Micrologus[d], Rodulphus de Riuo[e], & alij. Et illam in ieiunium, ſicut aliorum ſolennium feſtorum, mutatam eſſe, euidenter conſtat ex concilio Salegunſtadienſi Benedicto papa 8. & Henrico Imp. 2. celebrato circa annũ Dn. 1032. Quare, qui contendunt & ſuſtinent illam non ieiunio, ſed comeſſationibus, potationibus, regum inauguratione, cantilenis, choreis, & aliis laſciuiis ac voluptatibus carnalibus colendam eſſe, à recta videntur nobis aberrare via. D. enim Chryſoſtomus auditores ſuos inuitans ad celebrandum feſtum Natiuitatis Domini, & Epiphaniæ[f]: Rogo, inquit, vos omnes, obſecroque

a *Pſal. 118.*

b *Guil. Durand. in ratio. lib. 5. cap. 5.*

c *lib. 2. cap. 27.*

d *de eccleſ. obſeruat. cap. 40.*

e *de cano. obſeruan. propoſ. 19.*

f *in orat. de B. Philogonio.*

croque, vt ſummo ſtudio, ſummaque cum a
velitis adeſſe, ſed prius ſuam quiſque domum
get, vt videamus Dominum noſtrum in cun
tem, ac faſciis inuolutum; horrendum ac ſtup
ſpectaculum. Quid enim excuſabimus, aut qua
niam obtinebimus, ſi quum ipſe noſtra cauſa de
rit è cœlis, nos ad illum vel ex ædibus ire gra
quum alienigenæ barbarique ex Perſide accurr
lum videant in præſepi iacentem, tu verò ne b
dem ſpatium emetiri ſuſtines, vt hoc felici ſpe
perfruaris. Nam ſi cum fide acceſſerimus, procul
videbimus illum in præſepi iacentem. Siquide
menſa vicem explet præſepis. Nam & hic po
pus Dominicum: non quidem faſciis inuolu
tunc, ſed vndiquaque Spiritu ſancto conueſti
myſteriis initiati ſunt; intelligunt quæ dicu
Magi quidem nihil aliud quàm adorant, tibi
cum pura acceſſeris conſcientia permittemu
mas, & ſumpto domum abeas. Accede igitur
que munera offerens, non qualia deferebant
multo religioſiora. Obtulerunt illi aurum, offer
perantiam ac virtutem. Obtulerunt illi thus,
puras preces, quæ ſunt odoramenta ſpiritualia.
lerunt illi myrrham, offer tu modeſtiam & c
miſſum cum eleemoſyna. Quod ſi hiſce cum
bus acceſſeris, multa cum fiducia particeps e
ſacræ menſæ. Nam hæc ideo nunc loquor, quod
certò futurum, quod in illa die complures irr
accedant, irruantque ad victimam hanc ſpiritu
igitur ne faciamus ad detrimentum & conde
nem animæ noſtræ, ſed ad ſalutem, iam nunc o
obſecroque, vt omnibus modis repurgatis an
ſtris, ita demum adeatis myſteria. Ex quibus C
ſtomi verbis facilè cognoſci poteſt, quomodo
dicio ac cenſura, vigilia Epiphaniæ peragend
branda fuerit.

D. verò Leo Magnus papa de hac feſtiuitate ſe
nem faciens [a]: Gaudete in Domino, inquit, dilecti
iterum dico gaudete, quoniam breui interuallo te
ris poſt ſolennitatem Natiuitatis Chriſti feſtiuita

a ſerm. 2.

clara

clarationis eius illuxit, & quem in illo die virgo peperit, in hoc mundus agnouit. Agnoſcamus ergo in Magis adoratoribus Chriſti, vocationis noſtræ fideique primitias, & exultantibus animis beatæ ſpei initia celebremus. Honoretur itaque à nobis ſacratiſſimus dies, in quo ſalutis noſtræ auctor apparuit, & quem Magi infantem venerati ſunt in incunabulis, nos omnipotentem adoremus in cœlis. Ac ſicut illi de theſauris ſuis myſticas Domino munerum ſpecies obtulerunt: ita & nos de cordibus noſtris, quæ Deo ſunt digna, promamus. Quamuis enim omnium bonorum ſit ipſe largitor, etiam noſtræ tamẽ fructum quærit induſtriæ. Non enim dormientibus prouenit regnum cœlorum, ſed in mandatis Dei laborantibus atque vigilantibus; vt ſi dona illius irrita non fecerimus, per ea quæ dedit, mereamur accipere quod promiſit. Vnde cohortamur dilectionem veſtram, vt abſtinentes vos ab omni opere malo, quæ ſunt caſta & iuſta ſectemini. Filij enim lucis abijcere debent opera tenebrarum. Itaque odia declinate, mendacia abijcite, ſuperbiam humilitate deſtruite, auaritiam largitate delete. Decet enim vt capiti ſua membra conueniant. Diligite caſtimoniæ puritatem, quia Chriſtus virginitatis eſt filius: abſtinete vos à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam. Induite vos virtutem patientiæ, in qua animas veſtras poſſitis acquirere, quoniam qui cunctorum eſt redemptio, ipſe eſt omnium fortitudo. Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Per viam veritatis & vitæ conſtanter incedite, nec vos impediant terrena, quibus ſunt parata cœleſtia [a]. Fugiantur noxiæ voluptates, inimica gaudia, & deſideria iam iamque peritura. Quis fructus, quæ vtilitas, ea indeſinenter cupere, quæ etiamſi non deſerant, deſerenda ſunt? Amor rerum deficientium ad incorruptibilia transferatur, & ad ſublimia vocatus animus cœleſtibus delectetur. Dum itaque tempus vobis ad mandata Dei exequenda conceditur, glorificate Deum in corpore veſtro, & lucete dilectiſſimi ſicut luminaria in hoc mundo. Sint lucernæ mentium veſtrarũ ſemper ardentes, & nihil reſideat veſtris tenebroſum in cordibus.

a Leo ſerm. 1. de Epipha.

Quoniam

a Epheſ. 5.
Quoniam ſicut ait Apoſtolus [a]: Fuiſtis aliquando
nebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis
late: impleaturque in vobis, quod in trium Magorum
imagine præceſſit. Et ſic luceat lux veſtra coram ho-
nibus, vt videntes opera veſtra bona, magnificent Pa-
trem veſtrum, qui in cœlis eſt. Sicut enim ma-
peccatum eſt, cùm inter gẽtes propter malos C
nos nomẽ Domini blaſphematur: ita magnum
eſt meritum, cùm idem in ſancta ſeruorũ ſuorum con-

b Leo ſerm. 5. de Epiphan.
uerſatione benedicitur [b]. Magnum verò nobis
(vt D. Gregorius inquit) Magi innuunt, quod
nem ſuam per aliam viam reuertuntur. In co
quod admoniti faciunt, nobis profectò inſinuat
faciendum. Regio quippe noſtra paradiſus eſt
IESV cognito, redire per viam, qua venimus
mur. A regione etenim noſtra ſuperbiendo,
do, viſibilia ſequendo, cibum vetitum guſtando
ſimus: ſed ad eam neceſſe eſt, vt flendo, obediendo
bilia contemnendo, atque appetitũ carnis refrenando
redeamus: quoniam qui à paradiſi gaudiis per
menta diſceſſimus, ad hęc per lamẽta reuocamur.
neceſſe eſt, fratres chariſſimi, vt ſemper pauidi
que ſuſpecti, ponamus ante oculos cordis hinc
operis, illinc iudiciũ extremæ diſtrictionis. Penſ
quàm diſtrictus iudex veniat, qui iudicium mi
latet; terrores peccatoribus intentat, & tamen
ſuſtinet, & idcirco venire citius differt, vt minus
niat quod condemnet. Puniamus fletibus culpas

c Pſalm. 94.
Pſalmiſtæ voce [c] præueniamus faciem eius in con
ſione. Voluptatũ nos ergò fallacia nulla decipiat
vana lætitia ſeducat. In proximo namque eſt
dixit [d]: Vę vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis
bitis. Hinc enim Salomõ ait [e]; Riſus dolore mi
& extrema gaudij luctus occupat. Hinc iterum [f]
Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi: Quid
deciperis? Hinc rurſus ait [g]: Cor ſapientium, vbi
tia eſt: & cor ſtultorum, vbi lætitia.

d Luc. 6.
e Prouerb. 14.
f Eccleſ. 2.
g Eccleſ. 7.

O vtinam omnes & ſinguli Prælati ac paſtores
Calendis Ianuarij, & ipſo Epiphaniæ verè nunc
ſubditis ſuis poſſent, quod D. Ioan. Chryſoſtomus

vel alia ſimili ſolennitate dixiſſe ad ſuos videtur: He-
ſternum, inquiens, diem, quum eſſet feſtum, feciſtis fe-
ſtum ſpiritus, quia multo cum animi ſtudio recepiſtis
ea, quæ à nobis dicebantur, maximamq́ue diei partem
in eo conſumpſiſtis, ebrij temulentia quadam ſobrieta-
tis plena, cumque Paulo ducentes choreas. Qua quidem
ex re nobis geminum accreuit lucrum; primum, quod
ab indecora temulentotum ſaltatione abſtinuiſtis, dein-
de quod ſpiritualibus ſaltaſtis tripudiis, quibus plurimũ
adeſt decoris ac modeſtiæ. Adhæc quod crateris parti-
cipes fuiſtis, non mero, ſed ſpirituali doctrina redun-
danti; neque ſaltaſtis ad tibiæ, citharæq́ue modos, ſed
ipſi tibia citharaque fuiſtis Spiritui ſancto: quumq́ue
cæteri choros ducerent diabolo, vos eo quod hoc in lo-
co verſabamini, præbuiſtis vos ipſos organa vaſaque
ſpiritui, exhibuiſtisq́ue animas veſtras, ceu muſica in-
ſtrumenta, quæ Spiritus ſanctus pulſaret, moueretq́ue;
præbuiſtis corda veſtra, velut organa, quibus gratiam
ſuam inſpiraret. Vnde modulatum concentum reddi-
diſtis, non ſolùm homines demulcentem, verumetiam
ſupernas virtutes delectantem. Agè itaque & hodie,
aduerſus ebrietatem armemus linguam, iſtamq́; vitam
madidam ac diſſolutam proſternamus; vituperemus
iſtos, qui in ea totis diebus verſantur, non vt illos pude-
faciamus, ſed vt eos à pudendis liberemus; non vt illos
probris afficiamus, ſed vt eos corrigamus; non vt illos
traducamus, ſed vt ab infami traductione, & à diaboli,
hoc eſt traductoris manibus eripiantur. Quiſquis enim
in temulentia totos agit dies, quiſquis in deliciis & in
gurgitatione, ſub diaboli tyrannidem redactus eſt. Atq́;
vtinam oratio hæc noſtra profectus aliquid adferat.

An clerici Bacchanalia celebrare poſſint.

CAP. XV.

VERVM, quia dici ſolet: ſemel in anno ridet A-
pollo: quęritur num eccleſiaſtici Bacchanalia ſeu
carniſpriuia celebrare iã poſſint dominica Quin-
quageſimæ, quæ vulgò à Flãdris **Papen-vaſtelavont**
vocatur: Ad quam quæſtionem reſpondendum nobis
videtur, quod cùm ex decreto a S. Aniceti papæ clerici, *a epiſt. 1. cap. 4. & c. prohibet. diſt. 23.*

laicis & ſimplicibus, virtutis, honeſtatis, pudiciti[æ]
grauitatis exemplar eſſe debeant: ac ſe ipſos tanqu[am]
ſignum purioris vitæ, rudioribus ad imitationem p[ru]
denter exhibere, nequaquã Bacchanalia, celebrare [p]
ſunt, & præſertim ſacerdotes, licet ab illorũ diſſolu[ta]
voluptaria, & luxurioſa vita Dominica illa ſuam [ap]
pellationem ſortita videatur, in turpem ac inhoneſt[am]
a *epiſt. 32. lib. 7.* totius cleri notam. Quia cenſore D. Gregorio[a], [o]
Dominicum ſacerdotem moribus & vita clare[re]
quatenus in eo tãquam in vitæ ſuæ ſpeculo plebs [...]
miſſa & eligere quod ſequatur, & videre poſſ[it]
corrigat. Dolendum profectò ac deflendum hui[uſ]
Bacchanalia adhuc à Chriſtianis nominari, ned[um]
lebrari, cùm iam olim ante Chriſtum natum Ro[mana]
ſeueritas illa damnarit, eo quod ſub nomine relig[ionis]
corruptelæ omnis generis fieri cœpiſſent: ab hi[s]
b *Decad. 4. lib. 9. Polyd. de rer. inuen. lib. 6, cap. 4.* facinora & flagitia orta ſunt, teſte Liuio[b]. In hi[s]
& aliis ſimilibus non debent eccleſiaſtici ad vu[lgi]
multitudinis exempla reſpicere; quæ nullã qua[ſi]
plinam ſequens, nullum viuendi tenens ordine[m]
tam ratione ducitur, quàm quodam impetu fer[tur]
imitãdi nobis illi ſunt, q[ui] ſub Chriſtiano nomi[ne]
tilem vitam agunt, & aliud profeſſione, aliud co[nuer]
c *Tit. 1.* ſatione teſtantur: atque (vt Apoſtolus ait[c]) Deu[m con]
fitentur ſe noſſe, factis autem negãt. Inter Chriſti[anum]
& Gentilem, non fides tantùm debet, ſed etiam [vita]
diſtinguere; & diuerſam religionem per diuerſ[a]
d *2. Corint. 6.* monſtrare. Nolite, ait Apoſtolus[d], iugum duce[re cum]
infidelibus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum [iniqui]
tate? Aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? Quæ [autem]
conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fide[li cum]
infideli? Qui autem conſenſus templo Dei cum [idolis?]
Sit ergo inter nos & illos maxima ſeparatio. Di[ſcerna]
tur certo diſcrimine error & veritas: illi terren[a]
qui cœleſtia promiſſa non habent: illi breui hu[ic]
ſe totos implicent, qui æterna neſciũt: illi pecca[ta non]
metuant, qui peccatorum impunitatem putant: [illi]
uiant vitiis, qui non ſperant futura præmia virtu[tis].
Nos verò qui puriſſima confitemur fide, omne[m ho]
minem manifeſtandum eſſe ante tribunal Chriſ[ti]

recipiat vnuſquiſque propria corporis ſui, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum, procul eſſe debemus à vitiis, & concupiſcentiis, dicente Apoſtolo [a]: Qui enim Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Nec turbam ſequantur errantem, qui ſe veritatis diſcipulos confitentur. Duas certè conuerſationis vias, & diſtincta in diuerſum itinera viuendi, Saluator in euangelio oſtendit [b]: Quam, inquit, ſpatioſa via, quæ ducit ad mortem, & multi ſunt, qui intrant per eam, Et rurſum: Quam arcta via & anguſta eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inueniunt eam. Vide quanta inter has vias ſeparatio ſit, quantumq́ue diſcrimen. Illa ad mortem, hæc tendit ad vitam. Illa celebratur & teritur à multis, hæc vix inuenitur à paucis. Illa enim vitiis per conſuetudinem, quaſi decliuior ac mollior, & velut quibuſdam amœna floribus voluptatum, facilè ad ſe rapit commeantiũ multitudinem. Hæc verò inſueto calle virtutum triſtior atque horridior, ab his tantùm eligitur, quibus non tam delectatio itineris cordi eſt, quàm vtilitas manſionis. Aſperam enim nobis & inſuauem virtutum viam, nimia facit vitiorum conſuetudo: quæ ſi in partem alteram transferatur, inuenietur, ſicut Scriptura dicit, ſemita iuſtitiæ leuis. Ponamus ergò iam rationem vitæ noſtræ, & per quam potiſſimùm gradiamur viam, conſcientia teſte diſcamus, Omne enim quod agimus, omne quod loquimur (ſicut D. Hieronymus inquit) aut de lata aut de anguſta via eſt. Si cum paucis anguſtum iter & ſubtilem quandam ſemitam inuenimus ad vitam tẽdimus. Si verò multorum comitamur viam in Bacchanaliorum celebratione, ſecundum Domini ſententiam imus ad mortem.

a Galat. 5.

b Matth. 7.

in epiſt. ad Celant.

Adhæc audiant quæſo clerici, quid ſancti Pontifices Rom. de Dominica Quinquageſimę decreuerint & ſanxerint. Theleſphorus enim omnibus Epiſcopis ſcribens [c]: Statuimus, inquit, vt ſeptẽ hebdomadas plenas ante ſanctum Paſcha omnes clerici, id eſt, in ſortẽ Domini vocati, à carne ieiunant; quia ſicut diſcreta debet eſſe vita clericorũ à laicorum cõuerſatione: ita & in ieiunio debet eſſe diſcretio, Has ergò ſeptẽ hebdomadas

c c. ſtatuimus. diſt. 4. Durãd. in ratio. diuin. offic. lib. 6. cap. 27. Polyd. de rer. inuen. lib. 6. cap. 3.

omnes clerici à carne, & deliciis ieiunent: & hym
& vigiliis atque orationibus inhærere die noctuq;
a c. denique. diſt. 4. deant. Et D. Gregorius [a]: Sacerdotes ait, & Diaco
reliqui omnes, quos dignitas eccleſiaſtici gradus
nat, à Quinquageſima propoſitum ieiunãdi ſuſcip
quò & aliquid ad penſum ſanctæ inſtitutionis ad
& eorum, qui in laicali ordine conſiſtunt, obſeru
ſicut loco, ita & religione præcellant. De ipſa ve
minica hæſitamus quidnam dicendum ſit, cùm
laici & ſeculares illa die plus ſolito cęteris dieb
ratius cibos carnium appetant: & niſi noua q
auiditate vſque ad medias noctes ſe ingurgi
aliter ſe huius ſacri temporis obſeruationem
purant: quod vtique non rationi, ſed voluptati
dam mentis cœcitati aſcribendum eſt: Vnde
conſuetudine auerti poſſunt: & ideo cum ve
genio relinquendi ſunt, ne fortè peiores ex
tali conſuetudine prohibeantur. Par autem e
qui his diebus à carnibus animalium abſtine
omnibus quoque, quæ ſementinam trahunt
carnis, ieiunemus; à lacte videlicet, caſeo & o
rum piſcium eſus ita Chriſtiano relinquitur,
infirmitatis ſolatium, non luxuriæ pariat ince
Denique qui à carne abſtinent, nequaquã ſump
marinarum beluarum cõuiuia præparent. Vin
que ita bibere permittitur, vt ebrietatem om
giamus: alioquin reſtat, vt omnia, quæ corpo
bent, ſimiliter faciamus.

Quare, licet multi laicorum Dominica Qui
ſimæ & duobus diebus ſequentibus, oppipar
catis veſcuntur cibis; & quorum Deus venter
vomitum vſque ſaturentur, quaſi expleturi
famem, quam quadrageſimali ieiunio paſſuri
laruarum ſeu habituũ pereginorum aſſump
ludant, & ſub inueterata delirandi licentia, ac
ſaniendi ſtudio dies illos cõſumant, atque ſce
gitia quotidie faciant, & illud impunè; perinde
modo cuique liceat eſſe ſcelerato; nihilque m
credant committi, ſi vera hominis facies non v
quaſi non pateãt etiam Deo; quem nemo fidel

bigit, fandi atque nefandi iuſtum eſſe iudicem: qui & improbos pœna, & probos præmio ſemper afficiat, Vtinam de Belgio noſtro narrare poſſem, quod Polydorus Vergilius de Anglia commemorat [a]: quam eiuſmodi perſonatas belluas ad ſua vſque tempora ſcilicet an. Dn. 1499 non vidiſſe, nec quidem voluiſſe videre teſtatur, quãdo apud Anglos, in re hac præ aliis ſapientiores, lex fuit, vt capitale eſſet, ſi quis perſonas indueret. Illorum, inquam, laicorum exempla clerici ſequi non debent, imò quantum in ipſis eſt, omnem adhibere debent diligentiam, ne diutius laici talia peccata committant, eoſque & verbò, & vitæ exemplo, ad meliorẽ viuendi rationem reuocare. Siquidem referente Io. Beletho [b], cum clerici olim conſiderabant ſe præcedere populum ordine, rati ſunt æquum eſſe, vt & ſanctitate præirent. Quare, inquit, duos dies addiderunt, & à die Dominica ante Inuocauit me, incipiũt ieiunare. D. Ambroſius dicit [c] Pythagoricum mandatum in aliquorum ſcriptis prædicari: quod ille diſcipulos ſuos cõmunem atque vſitatam populo prohibuerit ingredi viam. Sed hoc vnde aſſumpſerit, non eſt incognitum. Nam cùm ex populo Iudæorum (vt plerique arbitrantur) genus duxerit, ex eius diſciplina deriuauit etiam magiſterij præcepta, meritòq; magnus apud Philoſophos habitus, æqualem (vt aiunt) vix reperit. Legerat itaque diuino præceptum eſſe oraculo Ieſu Naue: vt detritæ & popularis viæ deponerent puluerem, qui viam Domini ambulare deſiderarent. Legerat etiam præceptum Moyſi, vt montem cum ſacerdotibus aſcenderet, populus autẽ deorſum ſtaret. Separauit igitur ſacerdotes à populo, & poſtea ipſum Moyſen introire intro nubẽ præcepit. Videtis diuiſiones? Nihil in ſacerdotibus plebeium requiri, nihil populare, nihil commune cum ſtudio atque vſu, & moribus illius, dignitas ſibi vendicat ſacerdotalis. Quomodo enim poteſt obſeruari à populo, qui nihil habet ſecretum à populo, diſpar à multitudine? Quid enim in te miretur, ſi ſua in te recognoſcat, ſi nihil in te aſpiciat, quod vltra ſe inueniat: ſi quæ in ſe erubeſcit, in te, quem reuerendum arbitratur, offendat? Superegrediamur ergò plebeias viuendi rationes, & ſtrata quædã

a *lib. 5. de ver. inuen. cap. 2.*

Perſonam induere, apud Anglos capitale eſt,

b *in lib. de diui. offi. cap. 78.*

c *epiſt. 6. lib. 1.*

Pythagoras à Iudæis genus duxit.

gregalis conuerſationis, ac detritæ viæ orbitas decli-
mus, ac vulgaris ſemitæ ſolum, quam currit ille, q
vita leuior curſore, de quo dicitur: Tranſiuit, & non
dit. Sed non quæramus nobis viam inacceſſam ſem
nibus inſolentium, inuiam operibus imperitorum
nullus maculoſus deterat, maculoſus ſcilicet, ig
ſuæ ſordibus, & fumo iniquitatis oblitus, teneb
& parietinis quibuſdam animæ ruinoſus, qui n
virtutis ſuauitatem guſtauerit, aut certè limis eam
ctandam, magis quàm dilecto affectu, & aperti
mentis ſuſcipiendam arbitratus ſit: & quod ple
amant, qui ſibi faceti atque vrbani videntur, pul
dinem ſapientiæ in dedecus verſutiæ transfigura
veram non intuens gratiam, tanquam in nocte p
non credit in die viuentibus. Has igitur deuia
tas declinantium, qui propter ſuam appetentiam
ceciderunt in deſerto, derelinquamus. Conc
autem & ſequamur ſapientię viam, quam non c
runt filij glorificantium ſe, & iactantium, quam
tus ignorat, mors neſcit, quia Deus dilexit eam.
autem Deum, atque & ſubditum eſſe ſapientia
ſtinere à peccatis diſciplina eſt. Quid igitur no
iſtius ſeculi via, in qua eſt tentatio; in qua ſub
feruentium cupiditatum, inſtar cicadarum, ſe m
cantu ſibi noxio ſtatimque occidunt, nullum f
ferentes. Horum viæ noxiæ tortuoſæque ferpen
qui venenato lapſu corporis ſeſe trahunt, atque
ram nequitiæ ſeſe colligunt, & erigere non qu
cœleſtia. Ingrediamur ergò portas Domini, p
ſtitiæ, quas iuſtus, qui fuerit ingreſſus confitebitur
no. Sed hæc paucorum eſt ingreſſio. Vnde ait
a Matth. 7. nus [a]: Quia anguſta porta, & arcta eſt via, quæ d
vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam. Lata a
ſpatioſa via, quam multi gradiuntur, ad morte
git, & viatores ſuos eò ducit. Sit itaque via m
guſtior, virtus exuberantior, trames preſſior, fi
limior, callis arctior, vigor mentis exundans,
rectæ, quia inflexibilia ſunt virtutum veſtigia.
Salomon. O qui dereliquerunt ſemitas rectas,
ſus ad ſuperiora, quia melius (licet difficilius) eſt

dere, quàm deſcendere. Væ iis, qui deſcendunt in AEgyptum. *Iſa. 31.* Non vtique tranſire in AEgyptum crimino-ſum eſt, ſed tranſire in mores AEgyptiorum, tranſire in eorum perfidiam, eſcæ cupiditatem, luxuriæ deformitatem, qui eò tranſit, deſcendit; qui deſcendit, cadit. Declinemus itaque AEgyptium hominem, & non Deum. Lætemur, & exultemus ſemper in Domino, & epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, ſed in azymis ſobrietatis, pietatis, ſinceritatis, & veritatis.

De ſobrietate amplectenda. CAP. XVI.

CVM ex præmiſſis manifeſtum ſit, nulla eſſe vitia, quibus magis dehoneſtentur, & in vituperium veniant clerici, quàm luxus, comeſſationes, & ebrietates, è quibus plurima alia vitia turpiſſima profluunt, & promanant, conſequitur ex virtutibus his oppoſitis clericorum honeſtatem mirum in modum augeri & illuſtrari. Quare licet ex ſupradictis ſatis illæ manifeſtæ ſint, tamen operæpretium duximus, aliqua de hiſce ſpeciatim hic tractare. De ſacerdotibus veteris teſtamenti (quorum ſacerdotium carnale, & typicum tantum fuit) Dominus ad Aaron loquens, dixit[a]: *a Leuit. c.10.* Vinum, & omne quod inebriare poteſt non bibes tu, & filij, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini: quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras, vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum, & profanum, inter pollutum, & mundum. Si itaque cauenda fuit ebrietas, fugiendaque temulentia à ſacerdotibus, quando hircorum & taurorum fiebat ſacrificium, quanto magis ſacerdotibus, & miniſtris Eccleſiæ noui Teſtamenti, quorum ſacerdotium, ordo & ſtatus ſpirituales ſunt, quique diuinis aſſiduè occupati ſunt; qui (cum illi per vices tantum) quotidie templum Dei ingrediuntur, quando omnium hoſtiarum immolanda eſt veritas, vitanda eſt omnis ebrietas, ingurgitatio, & voluptas? Deinde D. Ioannes Baptiſta vt idoneus eſſet miniſter baptiſmi Chriſto exhibendi, vinum, & ſiceram non bibit[b]. Quid igitur facient *b Luc. 1.* ſacerdotes, & alij altaris in ſacrificio miniſtri Chriſtũ

vnigenitum Dei filium realiter, & ſubſtantialiter pr-
ſentem Deo Patri offerentes? D. verò Paulus Chri-
Domini ſui præceptoris doctrinam ſecutus, laicos
ab ebrietatibus, & comeſſationibus abſtinere omni
voluit[a]; & ne carnis curam in deſideriis facerent, pr-
cebat ebrioſos regnum Dei nō poſſeſſuros[b]. Quare
Epiſcopi, & Diaconi vitam deſcribēs[c] rectè ſanxit
ſtatuit, eos vinolentos, ſeu vino deditos eſſe non o-
tere, ſed ſobrios, ornatos, ſanctos, pudicos, & co-
nentes.

a *Ad Rom. cap.13.*
b *1. ad Corint. 6. cap.*
c *1. ad Timot. 3. cap. & ad Tit. 1. cap.*

Nam quàm rarum ſit, atque difficile eos, qui ſob-
tati non ſtudent caſtimoniam, aliasq; virtutes con-
uare, ex verbis D. Hieronymi ſatis innoteſcit[d]. Eccle-
ſiæ, inquit, principes, qui deliciis affluūt, & inter epu-
atque laſciuias pudicitiam ſeruare ſe credunt, pro-
ticus ſermo deſcribit, quod eijciendi ſunt de ſ-
domibus, lautiſque conuiuiis, & multo labore
conquiſitis. Et ſi vis ſcire quo eijciendi ſunt p-
malas cogitationes, & opera ſua; euangelium le-
tenebras ſcilicet exteriores, vbi erit fletus, & ſtri-
tium. An non confuſio, & ignominia eſt, IESV cru-
cifixum pauperem, & eſurientem fartis prædica-
poribus; & ieiuniorum doctrinam rubentes bucca-
mentiaque ora proferre? Si in Apoſtolorū loco ſu-
non ſolùm ſermonem eorū imitemur, ſed etiam c-
uerſationem, & abſtinentiam.

d *c. eccleſiæ. diſt. 35.*

Hinc & ab Eutichiano Papa ſtatutū fuit[e]: Epiſc-
& Dei miniſtri non debent comeſſationibus & vi-
lentiis nimis incumbere, ſed conſiderent ſententiam Do-
mini, dicentis[f]: Attendite ne grauentur corda veſt-
crapula, & ebrietate. Moderatè enim cibum, & ne-
rium ſumptum ſumant, vt iuxta Apoſtolum ſob-
& parati ad ſeruitium Domini. Et ab Euſebio Pa-
ce[g]: Oportet Epiſcopum moderatis epulis cont-
eſſe, ſuoſque conuiuas ad comedendum, & pota-
non vrgere quin potius ſemper ſobrietatis præbea-
plum. Remoueantur ab eius conuiuio cuncta turpitudi-
nis argumenta, non ludicra ſpectacula, non acroma-
vaniloquia, non fatuorum ſtultiloquia, non ſcurrili-
admittantur præſtigia. Adſint peregrini, & paupe-

e *Iuo in decre. par. 13. cap. 71. et Burchar. lib. 14. decret. cap. 3.*
f *Luc. 21.*
g *Decret. 10. et Iuo par. 13. decret. cap. 75. Burchard. lib. 14. decr. cap. 7.*
Qualia Epiſcoporum debeant eſſe conuiuia.

& c-

& debiles, qui de ſacerdotali menſa Chriſtū benedicentes, benedictionem percipiant. Recitetur ſacra lectio, ſubſequatur viuæ vocis exhortatio, vt non tantùm corporali cibo, imo verbi ſpiritalis alimento conuiuantes ſe refectos, gratulentur, vt in omnibus honorificetur Deus per IESVM Chriſtum Dominum noſtrum.

Quocirca in SS. Tridētina Synodo hæc conſtitutio legitur[a]: Optandum eſt, vt ij, qui epiſcopale miniſteriū ſuſcipiunt, quæ ſuæ ſunt partis, agnoſcant, ac ſe non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, ſed ad labores, & ſolicitudines pro Dei gloria vocatos eſſe intelligant. Nec enim dubitandum eſt, & fideles reliquos ad religionem, innocentiamque facilius inflammādos, ſi præpoſitos ſuos viderint non ea, quæ mundi ſunt, ſed animarum ſalutem, ac cœleſtem patriam cogitantes[b]. Hæc cùm ad reſtituendam eccleſiaſticam diſciplinam præcipua eſſe ſancta Synodus animaduertat; admonet Epiſcopos omnes, vt ſecum ea ſæpe meditantes, factis etiam ipſis, ac vitę actionibus, quod eſt veluti perpetuū quoddam prædicandi genus, ſe muneri ſuo conformes oſtendant: inprimis verò ita mores ſuos omnes componant, vt reliqui ab eis frugalitatis, modeſtiæ, continentiæ, ac quæ nos tantopere commendat Deo, ſanctæ humilitatis exēpla petere poſſint[c]. Quapropter exemplo Patrum noſtrorum in concilio Carthaginēſi[d] non ſolùm iubet, vt Epiſcopi modeſta ſupellectili, & mēſa, ac frugali victu contenti ſint: verumetiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant, ne quid appareat, quod à ſancto hoc inſtituto ſit alienum; quodque non ſimplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præ ſe ferat. Omnino verò eis interdicit, ne ex reditibus eccleſiæ conſanguineos, familiarésve ſuos augere ſtudeant[e]: cùm & Apoſtolorum canones prohibeant[f], ne res eccleſiaſticas, quę Dei ſunt, conſanguineis donent; ſed, ſi pauperes ſint, iis vt pauperibus, diſtribuant[g]; eas autem non diſtrahant, nec diſſipent illorum cauſa; imo quàm maximè poteſt, eos ſancta Synodus monet, vt omnem humanum hūc erga fratres, nepotes, propinquoſque carnis affectum, vnde multorum malorum in Eccleſia ſeminarium extat, penitus deponant.

a Seſſ. 25. de reform. cap. 1.
Quid cogitandum illis qui epiſcopatum ſuſcipiunt.
b c. magnæ. de voto & voti redem. c. qualiter. 2. de accuſationib.
c Matth. 18. Mar. 9. Luc. 9. Eccleſ. 3. 35. 66. Cōcil. Toletan. 3. cap. 7. c. pro reuerētia. diſt. 44.
Quæ exempla ſubditi ab Epiſcopis ſuis petere ac diſcere debeant.
d Concil. Carthag. 4. cap. 15. c. epiſcopus. diſt. 41.
e c. ſint manifeſtæ. c. epiſcopus. 1. c. res. et ſequent. 12. q. 1.
f Canon. apoſt. 49. 41. 75. d. c. ſint manifeſtę. c. præcipimus. 12. q. 1.
g Cano. apoſt. 75. c. quiſquis epiſcopus. 12. q. 2.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quæ verò de Epiſcopis dicta ſunt; eadem non ſ
in quibuſcunque beneficia eccleſiaſtica, tam ſecu
quàm regularia obtinentibus pro gradus ſui cond
ne obſeruari, ſed & ad ſanctæ Eccleſiæ Romanæ
dinales pertinere decernit[a]; quorum conſilio ap
ctiſſimum Romanum Pontificem cum vniuer
cleſiæ adminiſtratio nitatur, nefas videri poteſ
etiam virtutum inſignibus, ac viuendi diſcipl
fulgere, quæ meritò omnium in ſe oculos conue

a Concil. Lateran. ſub Leone 10. ſeſſ. 9.

Cæterum diligenter notandum, & retinẽdum,
prædicta Synodus Tridentina declarauerit, illa
Epiſcopis ab eadem dicta ſunt, in quibuſcumqu
ficia eccleſiaſtica, tam ſecularia, quàm regula
nentibus, pro gradus ſui conditione, obſeruari
D. enim Dionyſius Richelius de vita Canon
ſcribens[b]: Sobrietatem, inquit, amplectantur,
mentis ac ſenſuum corporis protectrix, pacis,
citiæ conſeruatrix. Ebrietas verò in ſacerdote,
nico ſacrilegium eſt, in aliis crimen. Sobrieta
naturæ prolongat, vitam gratiæ fouet, vita
promeretur; proportionatum, & validum e
pus, & cor præſtat tranquillum ad profectum
ac virtutum præparat mentem ad vacandum
obſequiis, ad gloriandum in hymnis, & pſalmi
hærendum meditationibus ſacris reddit idone
nonici ergo qui caſto corpore, mundoque co
tur omnipotenti ſeruire Deo, & cultui eius a
intenti; hanc indeſinenter ſeruẽt virtutem; &
tifex ſummus diſtrictè inſtituit[c], vina, ſi for
temperent ſibi, nec vnus alium incitet ad p
ſed & ſummè, & inuiolabiliter caueant ad ha
tare ęquales: cùm non conueniat complexioni
vnius, quod conuenit, aut minus diſconueni
Quàm autem vitioſum, & enorme ſit in aliquo
ctorũ excedere, patet ex eo, quod idem ſumm
tifex præcepit reos in talibus ab officio bene
ſuſpendi, niſi commoniti reſipiſcant. Quod ſi C
corum Prælatus non corripuerit ita agentes, vel
abſit) in prætactis, aut aliquo prætactorum p
ter peccet, quanta damnatio imminet ei? S

b art. 7.

Ebrietas in ſacerdote & canonico ſacrilegium eſt.
Sobrietatis cõmoda.

c in c. à crapula. de vita & honeſt. cler.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quoque Canonicis culpabilibus in prædictis, nec tamen in vita hac recipientibus diſciplinam?

D. verò Baſilius [a] reſpondens ad hanc quæſtionem: Nunquid pietatem in vita colere volenti neceſſaria continentia ſit [b]. Quod neceſſaria quidem ſit continentia perſpicuum, inquit, eſt. Primum quidem, quod ab Apoſtolo ea inter fructus ſpiritus cõnumerata eſt: tum quod ex hac etiam illud aſſequi nos affirmat, vt miniſterium noſtrum reprehenſione careat. Continentiam autem appellamus, non ſi quis ſe à cibo penitus abſtineat, quando hoc quidem violenta quædam vitæ diſſolutio eſt, ſed eam quam tollendæ contumaciæ corporis cauſa, pietatis ergo de induſtria ſequimur rerum voluptatem titillantium abſtinentiam; atque vt ſemel finiam: quarum rerum voluptates ab iis, qui ex libidine vitam degunt, expeti ſolitę ſunt, ab his nobis, qui ad veram pietatis culturam contendimus, eſt temperandum. Proinde non in vna tantum eſcarum fugiēda voluptate continentiæ culturam conſiſtere exiſtimandum eſt; ſed eam ad omnem etiam rem, quæcumque propoſito nobis fini aduerſaria ſit, & impedimento, pertinere. Ex quo intelligitur, qui hanc perfectè virtutem tenuerit, eum nullo modo, cùm ventrem in poteſtatem redegerit ſuam, humanam ſibi paſſurum gloriam dominari; aut cum obſcœnam voluptatem didicerit, opum cupiditatem, aut aliam quamuis degenerem animi affectionem veluti iram ægritudinémve, aut quæcumque imperiis animis dominari conſueuerunt non ſuperaturũ. Ferme enim quod in omnibus præceptis animaduertimus, ea videlicet inter ſe connexa eſſe, neq; fieri poſſe, vt vllo modo vni ſeparatim ab altero ſatisfiat, hoc præcipuè in continētia cernitur; nam & dimiſsè de ſe ſentit verè humilis, qui in gloria continentiã adhibet; & euangelicæ inopiæ menſurã expectat, qui in congerēdis opibus continētiam ſeruat; & ab ira trãquillus eſt, qui animi motionẽ atq; iracundiã in officio continet. Ea deniq; abſolutæ continẽtiæ ratio eſt, vt linguæ, vt oculis limites præſcribat; vt auribus minimè curioſam indulgeat auſcultationẽ, & ſingulis his cancellos ipſorum officij quaſi quoſdam circumſcribat, atq; circũdet, extra quos,

qui

a lib. regul. fuſ. diſp. inter. 16.

b Id quid interpres continẽtiam in Baſilio vertit Græcè ἐγκράτειαν habetur quod alij pro abſtinentia, tẽperantia, ſeu moderatione atque ſobrietate accipiunt. Quid temperantia ſeu continentia ſit.

Continẽtię vocabulũ admodum latè et generaliter hic accipitur. de qua vide Io. Stobæi ſenten. ſerm. 17. et 18.

qui egreſſus ſit, is incontinens, ac petulans eſt.

a Baſil. d. lib. inter. 17.
In riſu etiam continētia adhibenda eſt.

Atque illud etiam [a], quod à pleriſque negligitur,
mediocriter caueri ab illis debet, qui colēdæ piet[...]
dent, ne in riſum videlicet præter modum eff[...]
quandoquidem non abeſſe à ſe intemperantiam [...]
ficat is, qui profuſo nimis petulantique riſu [...]
ſeſeque animi ſui motus nequaquam ſedatos [...]
mollitiem, ac veluti laxitatem, nequaquam rat[...]
uera habere compreſſam declarat. Verùm enim [...]
cè rictum diducere, eoque modo animi ſui diff[...]
leuiter ſignificare, non eſt contra decorum, qua[...]

b Prouerb. 15.
Cachinnādum non eſt.

lud tantum indicetur, quod ſcriptum eſt [b]: Cor [...]
exhilarat faciem. Illud autem in immanes cach[...]
prorumpere, & corpore contra animi volunta[...]
ſultare, nequaquam eſt eius, qui animo cōpoſit[...]
planè probo, aut compote ſui ipſius. Porro hu[...]

c Eccleſ. 21.

vir ſapientiſſimus Salomon confirmat his ver[...]
tuus in riſu exaltat vocem ſuam; vir autem ſap[...]
tacitè ridebit. Quamobrem qui omnibus anim[...]
fectionibus moderatur, neq; voluptatis titillat[...]
permouetur, contraque fortiter, conſtanterq; [...]

Perfectè continens.

quamcumque prauam libidinem animatus eſt, [...]
fectè continens eſt. Atq; etiam eſt, cùm interdu[...]
bus iis conuenit abſtinere, quæ alioqui genere [...]
ceſſæ, ac neceſſariæ ad vitæ vſum ſunt, quoties [...]
abſtinentia illa fratrum noſtrorum ſalutis cauſa [...]

d 1. Corint. 8.

ſuſcipitur. Quemadmodum eſt apud Apoſtolum [...]
eſca ſcandalizat fratrem meum, nō comedam car[...]
æternum. Qui etiam cùm haberet poteſtatem [...]
ex euangelio, ea poteſtate vſus non eſt, ne quod [...]

e 1. Corint. 9.
Continētiæ definitio, quam alij ſobrietatē ſeu temperantiam nominãt.
Quid ſit voluptas.

diculum daret euangelio Chriſti [e].

Eſt ergo continentia peccatorum ſublatio, [...]
affectionum emendatio, corporis ad naturale[...]
vſque paſſiones, cupiditateſque mortificatio, [...]
vitæ ſpiritualis, ſempiternorum bonorum con[...]
voluptatis aculeum in ſe ipſa abolens. Siquidem [...]
ptas nihil eſt aliud, quàm eſca illa maligni, per q[...]
homines ad peccatum valde procliues ſumus. [...]
omnis anima non ſecus atque hamo quodam ad [...]
pertrahitur. Quodſi quis adhibita continentia, [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

neque effœminari paſſus ſit, neque inflecti, hic ſine controuerſia quoduis penitùs peccatum effugerit. Ac reliquæ quidem virtutes cùm in occulto exerceãtur, minus ſæpe illuſtres apud homines exiſtunt; continẽtia autem in quo ineſt, eum vel primo ipſo aſpectu tantum notum facit. Vt eum opimus corporis habitus, & coloris bonitas, pugilem à cæteris diſtinguit; ſic Chriſtianum à cæteris macilentia corporis, pallorq́ue deflorefcens, qui continentiæ velut adiunctus eſt comes, iudicio eſt eum Chriſti mandatorum verè pugilem eſſe, qui in infirmitate corporis aduerſarium ſuum in lucta proſternat, & quam potens ſit in pietatis certaminibus declaret conuenienter verbis illis: cùm enim infirmor, tunc potens ſum[a]. Quantum enim vel in ſolo continentis alicuius aſpectu lucri eſt; videre illum videlicet parcè tenuiterq́; res ipſas neceſſarias attingentem, ægreq́ue naturæ miniſterium, perinde ac tributum moleſtiæ & angoris plenum pendentem, temporisque quod in hoc ipſo conſumitur moram animo iniquo ferentem, celerrimeq́ue à menſa ad obeunda munera ſua reſilientem. Siquidem opinor ad animum illius, qui vẽtris libidinibus ſeruiat, percellendum, & ad frugem reuocandũ meliorem, nullam cuiuſuis generis orationem poſſe excogitari, quæ tantundem valeat, quantum vel ſolum continentis alicuius aſpectum. Atq; hoc eſt, ni fallor, illud ad gloriam Dei manducare, & bibere, vt in menſa etiam luceant bona opera noſtra, vt glorificetur Pater noſter, qui in cœlis eſt.

Chriſtianus quibus ſignis à cæteris diſtinguatur.

a 2. *Corint.* 12.

Quid in continente ſeu ſobrio cõſiderandum ſit.

Ratio reuocãdi ebrioſum ad frugem.

Ad gloriã Dei manducare, et bibere.

Verumenimuerò ne ſimiles efficiamur inimicorum Dei, qui cauteriatam habent conſcientiam ſuam, ac propterea abſtinent à cibis, quos Deus creauit ad ſumendum cum gratiarum actione fidelibus: ſingula, ſi quando tempus inciderit, attingenda nobis ſunt, quatenus iis, qui nos cernunt, oſtendamus omnia eſſe munda mundis, & nihil reijciendum, quod cum gratiarũ actione percipiatur. Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. Videndum eſt tamẽ, vt ea in re ab inſtituto continentiæ noſtræ non diſcedamus, vt videlicet de iis, quæ viliora ſunt, & ad neceſſitatem ſolam parata, eatenus ſumamus, quo ad neceſſitati factum ſit ſatis, atque

Quicquid in mẽſa nobis apponitur quatenus deguſtandum ſit.

Baſil. d. lib. interrogat. 18.

in his

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in his ipſis ſaturitatis etiam malum declinemus,
his quę voluptuaria ſunt penitùs nos abſtineamus
enim modo & voluptariorũ hominum libidines
cidemus, & eos, qui cauteriatam habent conſcien
ſuam, quantum in nobis erit curabimus, à nobis
ſpicionem illam, quæ in vtramque partem poſ
a 1. *Corint.* 10. ſtere, amouebimus. Vt quid enim libertas mea,
ab alia conſcientia iudicatur? Sanè continentia
Continẽtia ſeu ſobrietas quã ſit efficax. quę hominem mortuũ eſſe ſimul cum Chriſto,
bra ſua, quæ ſunt ſuper terram mortificaſſe d
Hanc ſcimus eſſe temperantię matrem, ſanitatis
liatricẽ; ab hac egregiè quicquid, quicquid id eſt
Chriſtianorum virtutum fœcunditati officiat
b *Matth.* 13. *Mar.* 4. *Luc.* 8. *c. hinc. diſt.* 49 *c. exiit. de ver. ſignific. in* 6. Siquidem, vt dictum eſt à Domino [b], ſolicitudine
hujus, voluptatesque ac reliquę cæterarum rerum
ditates eę ſunt quæ verbum Dei ſuffocant, &
dum efficiunt. Ab hac verò dæmones profugan
c *Mar.* 9. ipſe nos Dominus docuerit [c], eſſe eorum genus
dam, quod in re alia nulla exeat, niſi in oratione
iunio. Porrò in vitiis quidem animi vnus con
modus eſt, ſumma earum rerum, quæ ad peſti
luptatẽ ferunt, à nobis alienatio. In cibis autem
admodum alij, aliis neceſſarij ſunt, pro ætate
cuiuſque ac ſtudiis, iique appoſitè ad corporis
habitudinem diſtincti; item quoque diuerſa
illorum, modus, ratioque. Quò fit, vt nequaquam
d *Baſil. d. lib. inter.* 19. vni, & eidem regulæ ſubijci poſſint [d]. Verùmtamen
commune illud propoſitum ſit, videlicet vt ne
Quis ſeruari in continentia ſeu ſobrietate debeat modus. quam deſit eorum, quæ neceſſitas cuiuſque de
Nam illud: immodicè ventrem diſtendere, &
deratis ſe epulis onerare, præterquã quod dete
atque execratione digna res ſit, cùm Dominus
Væ qui ſaturati eſtis nũc, corpus etiam ipſum
prorſus reddit ad labores, & procliuè in ſomn
morbis expoſitum facit, ac peruium. Neque ver
tate metiendus eſt finis, aut ſpectãdus cibi ſumen
neceſſario tantum vſu ad vitæ conſeruationem
Quis ventrem Deum ſuũ faciat. debet, reiecta voluptatis libidine; quando volupt
ſeruire nihil eſt aliud, quàm ventrẽ Deum ſuum
Quoniam corpus noſtrum, quod aſſiduè ſinguli

mentis exinanitur, ac defluit, ea re ſubinde opus habet, vt repleatur (quæ etiam cauſa eſt, cur cibi appetitiones naturales ſint) ſanè recta ratio vſus ciborum id replendum admonet; quod exinanitum ſit, quo videlicet conſtare animal poſſit, ſiue aridum, ſiue humidum illud alimentum ſit, quod natura deſideret. Proinde quod minore negotio à naturalis nos deſiderij moleſtia liberet, illud adhibendum nobis eſt. Sed cum tuendi corporis cauſa eſcas aſſumamus, per eaſdem ei rurſum bellum inferre non debemus, & impedimento eſſe, quo minus præcepta Dei exequi poſſit: Atque animum noſtrum ea aſſueſaciamus fugere, quæ ipſi nocēt, etiamſi illa voluptatem habeant. Verùm enim eæ omnino nobis præferendæ epulę ſunt, vt quæq́ue minori poſſunt negotio comparari, ne prætextu continentiæ ex his eas, quę nobiliores ſint, ac maioris pretij, exquiramus, nempe qui magno partis condimentis epulas noſtras apparemus. Sed quod in quaque regione, & haberi facilè poteſt, & vile eſt, & quo paſſim populus vtitur, eo eſt nobis vtēdum, iisq́ue tantummodo importatis, quæ ad vitam ſummè ſunt neceſſaria, atque hoc ipſum ita procuretur, citra curioſitatis notam. Abſit item tumultuoſa omnis, & importuna diſtractio.

Quæ epulæ præferẽdæ cæteris.

Cur ſeruanda in menſa ſobrietas & continentia.

CAP. XVII.

DVerò Ioannes Chryſoſtomus de hac in menſa ſeruanda continentia ſcribens [a]: Fugite, inquit, delicias, ſi quid mihi obeditis, & creditis. Sed voluptatem, inquis, habent deliciæ; ſed non tantam voluptatem, quantas difficultates, atque moleſtias. Huc accedit, quia voluptas illa vſquequo linguam, vel gulam tangit, apparet; cùm autem menſa remota fuerit, vel poſtquam erit cibus abſumptus, ſimilis eris ei, qui nihil illius attigerit, magis autem multoq́ue amplius poſtrem grauedinem ex illis cibis, & diſtenſionem, & oppreſſionem mentis habiturus, atque ſomnum morti conſimilem: forenſes etiam iuges habebis vigilias propter ſtomachi cruditatem, & præcluſionem ſpiritus interioris, & per moleſtiam ructationis indigeſtæ,

& plu-

a Hom.19. in cap.12. ad Hebræ.

Breuitas voluptatis, quæ ex gula percipitur.

Intemperantiæ vitium arguẽdum, non venter.
a Ad Rom. 13.

& plurimum maledicturus es tuum ventrem, co
beres magis intemperantiæ vitium atque imm
tionis arguere. Non itaq; deliciemur deliciis c
ſed audiamus Paulum dicẽtem a: Carnis curam
ficiatis in concupiſcentiis. Tale namque eſt, in v
cibos mittere, quale, ſi quiſquam eos in cloacam
ijciat, magis autem non tale eſt, ſed multo pe
enim fimum tantum operatur ſine tua læſione,
tem plurimos morbos, plurimaſque procreat
nes. Nutrimentum enim niſi ex ſufficientia no
valeant ſine labore digeri: cùm verò plus c
quàm reficiẽdi corporis ratio poſtulat, non ſ
trimentum nullum, ſed etiam corruptio genera

Quantum nutrimenti ſumendum ſit.

Sed nullus attendit hæc; præoccupatæ ſunt
mentes ſuperflua voluptate. Vis nutrire corpu
quod eſt ſuperuacaneũ, & quod ſufficiat, ſ
quãtum poterit ſtomachi decoctio maturare,
ex cibis abundantibus opprimatur, ne dimerga
ruas, quod poſſet ſufficere. Sufficientia quippe,
mentum, & voluptas eſt. Nihil enim ſic iucun
ſicut cibus bene digeſtus, & decoctus. Nihil e
lutem; nihil ſic ſenſuum acumẽ operatur; nihil
tudinẽ fugat, ſicut moderata refectio. Sufficien
pe cum nutrimento, & ſoſpitatẽ ſimul etiam p
& voluptatem: Abundãtia verò morbum facit
leſtias ingerit, & ęgritudines generat. Quod e
fames, hoc etiam plenitudo facit ciborum, m
multo peiora: Fames quippe in paucis diebus a
minem, & liberat ex hac vita pœnali: Exceſſus
borum conſumit, & putrefacit corpus human
macerat ægritudine diuturna, & tunc enim m
deli conſumit. Nos autem famem quidem i
quoddam, fugiendumq́ue putamus, & ad indig
confugimus, quas multò videmus eſſe peiores.

Quomodo nutriendum ſit corpus.

Sobrietatis ſeu moderatę refectionis efficacia.

Cur fames melior ſit exceſſu ciborum.

Vnde igitur iſte morbus ad homines? Vnde
ror? Non dico, vt ſe homines crucient, ſed tan
nutriantur, quantum illis & voluptatem pariat,
tem, & corpori nutrimentum competens ſubm
vt opus ſit corpus noſtrum operationibus anim
quium ſui muneris exhibere, dum ſuã tenet be

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pagem, & concinnum ſibi conſtet ex ſuis operibus vniuerſis. Cùm verò exundans deliciis fuerit factum, compagem ſuam & concinnantiam non valet ex diffluentia retinere; ſubintrans quippe humorum redundantia totum diſſoluit penitùs, & effundit. Carnis, inquit Apoſtolus [a], curam ne perfeceritis in concupiſcentiis. Bene dixit. Materies namque eſt cibus cupiditatibus inhoneſtis. At ſi in philoſophia quiſque cunctis emineat, tamē ſi deliciatur, neceſſe eſt, vt aliquid, vel ex cibis vel vino patiatur, vt flammam excitet ampliorem. Hinc fornicationes, hinc adulteria. Etenim venter eſuriens, amorē non valet procreare, magis autem neque ſufficientia ſi fuerit moderata. Quæ verò generat abſurdas cupiditates, illa eſt abundantia, quæ ſe deliciis tradit. Obſecro igitur, ne noſtrū corpus vitioſum, ne inutile faciamus; neque ei vitia inſeramus, ſed præparemus ei fructus vtiles, & arbuſta fructuoſa, nec ea diſſoluamus per immoderationem ciborum. Immoderatio quippe pro fructibus vermes facit. Sic etiam inſita nobis cupiditas, ſi eam deliciarum inundationibus inebries, cupiditates generat turpes, & voluptates admodum turpiores. Abſciamus itaque hanc luem, vt poſſimus adipiſci bona, quæ promiſſa ſunt in Chriſto IESV Domino noſtro.

a Rom. 13.

Cibus eſt materies inhoneſtis cupiditatibus.

Et idē Chryſoſtomus de pœnitentia verba faciens [b]: Si, inquit, ipſe meis ſermonibus derogas fidem, de his filios medicorum percunctare, ipſique eadem tibi maniſeſtius explicabunt; qui abſtinentiam matrē ſanitatis appellant. Pedum verò dolores, & grauedinem capitis, vomitum, apoſtema & hydropiſim, & flegmata, milleſque morborum aliorum torrentes à delicatis cibis, crapulaque prouenire dicunt, quaſi à peſſimo quodam fonte prauos riuulos, bonam corporis habitudinem, & animę ſanum intellectum, non tam lædentes, quàm depopulantes. Sapiēs verò ſobrietati, & modeſtię in menſa ſtudendum eſſe docens [c]: Vtere, inquit, quaſi homo frugi his, quæ apponuntur, & non cùm manducas multum odio habearis. Ceſſa prior, cauſa diſciplinæ, & noli nimius eſſe, ne fortè offendas. Et, ſi in medio multorū ſediſti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior poſcas bibere. Quàm ſufficiens eſt homini erudito vinum exi-

b Homil. 1.

Abſtinentia eſt mater ſanitatis.

Plurima morborum genera à delicatis cibis crapulaq; proueniunt.

c Eccleſ. 31. cap.

num exiguum, & in dormiendo non laborabis ab
& non ſenties dolorem. Ignis probat ferrum du
vinum corda ſuperborum arguet in ebrietate po
æqua vita hominibus vinum in ſobrietate: ſi bib
moderatè, eris ſobrius. Vinum in iucũditatem c
eſt, nõ in ebrietatem ab initio. Exultatio animæ
poris vinum moderatè potatum. Sanitas eſt ani
corpori ſobrius potus.

a *epiſt. 1. cap. 5.*

Hinc D. Paulus Timothæo ſcribens[a]: Noli
adhuc aquam bibere, ſed modico vino vtere p
ſtomachũ tuũ, & frequẽtes tuas infirmitates. Q
cum D. Ioan. Chryſoſtomus enarrãs, & explica
gita, inquit, quomodo non à principio, neq; ab
hoc conſilium dederit Paulus; ſed poſtquam vi
virtutem deiectam, tunc conſuluit: neque hoc
ter, ſed cum prædefinitione quadã. Non enim
ter dixit: vino vtere, ſed vino modico: non
admonitione, & conſilio Timothæus egeret
nos indigemus. Idcirco ad illum ſcribens, nobis
vini menſuram, & terminos ſtatuit; tantum bi
bens, quantum valetudinem adiuuet, quantum
ſanitatem præbeat, & non alterum morbum. N
ciores enim, quàm continuatus aquæ potus, ſed
plures, & difficiliores animi, & corporis morb
modica vini parit potatio, paſſionum bellum,
rum cogitationum hyemem menti introduc
corporis vim molliorem, & ſolubiliorem e
Non enim ita terrę natura vexata aquarum ſup
dantia continuè diſſoluitur, vt corporis vis m
& diffluit, & exiliis redditur vini potu con
gurgitata. Fugiamus igitur vtramque intemper
& corporis valetudinem curemus, & ipſius
recidamus.

b *Hom. 1. ad Antioch.*

D. Paulus per Timothæũ bibẽdi vini menſuram nobis præſcripſit.

Vinum enim à Deo datum eſt, non vt ineb
ſed vt ſobrij ſimus, vt delectemur, non vt do
Vinum enim lætificat, inquit Dauid[c], cor ho
verò ipſum triſtitiæ materiã facis. Etenim ani
uato ſunt ſupra modũ ebrij, tenebris multis m
fuſis. Medicina optima eſt, quando commẽſura
habet optimam. Hic omnibus locus, & cõtra h

Vinum ad ſobrietatẽ à Deo datum eſt, non ad ebrietatem.
c *Pſalm. 103.*
Quatenus vinũ optima ſit medicina.

vtilis eſt Dei creaturam accuſantes: ſi enim de vetitis eſſe, non permiſiſſet Paulus, non vino vtendũ dixiſſet. Non ſolum autem contra hæreticos, ſed & contra fratrum noſtrorum ſimpliciores, qui poſtquã aliquos præ ebrietate ſe deturpãtes viderint, illos vituperare omittentes, fructum à Deo datum calumniantur, dicentes: Non ſit vinum. Ipſis itaque dicamus: Non ſit ebrietas. Vinum enim Dei: ebrietas autem diaboli opus eſt. Non vinum ebrietatẽ facit, ne Dei creaturã accuſes, ſed conſtitui inſaniam argue. Tu verò peccãtem punire, & corrigere omittens, benefactorem afficis cõtumelia. Cùm igitur quoſdam hæc dicentes audierimus, obmuteſcere faciamus. Non enim vſus, ſed immodeſtia ebrietatem facit: ebrietatem, inquam, malorum omnium radicem.

Vinum Dei ebrietas diaboli opus eſt.

Ebrietas malorum omniũ radix.

Vinum datum eſt, vt corporis imbecillitatem corroboret, non vt animi ſanitatem exterminet. Noli igitur immoderatè Dei munere vtens, ſtultis & impudentioribus hominibus occaſiones præbere. Quid enim ebrietate miſerabilius? Mortuus, eſt animatus: Ebrius, dæmon eſt voluntarius. Morbus veniam non habens; ruina excuſatione carens, commune generis noſtri opprobrium. Non enim in conuentibus tantum inutilis ebrius aut in priuatis, & publicis negotiis, ſed etiam ſolo eſt aſpectu omnium grauiſſimus; fœtores exhalans teterrimos, eructationes, & oſcitationes, & voces ebriorum inſuaues, atque moleſtæ, eos, qui ſpectant, & ſimul ſunt, extremæ abominationis implent. Et quod malorum caput eſt, cœlum ebriis inuiſum hic morbus efficit, nec æterna bona aſſequi permittit, ſed poſt vitæ huius opprobrium & illic tali morbo laborantes, pœna manet æterna. Hanc igitur improbam conſuetudinem recidamus, & Paulum audiamus dicentem[a]: vino modico vtere. Etenim ipſum modicum propter infirmitatem permiſit, quod niſi imbecillitas vexaſſet, neq; modicum admittere diſcipulũ coëgiſſet. Neceſſarium enim eſt nobis traditos cibos & potus temporibus, & neceſſitatibus ſemper metiri, & nullatenus neceſſitatẽ excedere, neque imprudẽter; & temere quid facere oportet. Præterea ſapiẽtiſſimus ille Salomon filium ſuum inſtruens[b]: Noli, inquit, eſſe in cõuiuiis potatorum, nec in

Ebrius, dæmon eſt voluntarius.

Cœlum ebriis eſt inuiſum.

a 1. *Timoth.* 5.

b *Prouerb.* 23.

comeſſationibus eorum. Cui væ? cuius patri væ? cui
xæ? cui foueæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio ocu-
rum? nónne his, qui commorantur in vino, & ſtud
calicibus epotandis? Ne intuearis vinum, quando
ueſcit, cùm ſplenduerit in vitro color eius. Ingre
blandè, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, &
regulus venena diffundet. Oculi tui videbũt extra
& cor tuum loquetur peruerſa; Et eris ſicut dor
in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſ
uo, & dices: Verberauerunt me, ſed non dolui; tra
me, & ego non ſenſi; quando euigilabo & rurſu
reperiam?

a in tract. de ſobrieta. & caſtit.

D. verò Auguſtinus de ſobrietate ſcribens: Q
niam, inquit, ſtudij commoda à nobis ſuggeren
honeſtatis, admonemus in tali propoſito mil
lentem, ſegnem, ſomnolentum, atque temulen
non debere; quoniam ab his vitijs tribus, niſi q
declinatus, ſecurus nunquam eſſe poteſt, vel t
& periculis omnibus, & ipſi etiam morti erit
obnoxius. Fortitudo enim inimicũ opprimit,
tendentibus inſidias obſtat: ſobrietas verò pr
cor hominis facit. Proptèrea enim Dominus
ſter paterno affectu per prophetas, & Apoſt
nobis præcepit ab omnibus vitijs, & maximè
tate, quæ omnium vitiorũ gurges eſt, penitus a

Sobrietatis cõditiones.

Sobrietas autem caſtitatis eſt ſenſus, & mem
brorum omnium corporisque tutela, caſtitati
tiæque munimen, pudori proxima, amicitiæ,
ſerua, honeſtati ſemper cõiuncta, criminum,
que omnium profuga: recti iudicij tenax; m
cordationisque inſeparabilis ſapientia, ſecre
ſtos, arcani velamen, lectionum, & doctrinæ
diorum, & artium diſcipula pariter, & magi
niorum capiendorum pediſſequa; bonæ fam
auida, in cogitationibus ſalubria, atque vtilia
tutis ſingulare auxilium, cuncta cum oratio
nens, in congregatione honeſtorum ſe ipſam
gerens. Sobrietas temeritatem fugit, pericula
clinat, mutuis officiis obtẽperat, ſuperbiam de
domum familiamque cum moderatione gube

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſibi committentibus ſeruat, & vt ſummatim breuitérque dicam; ſobrietatis perſeuerantia, inæſtimabilis eſt animi fortitudo, omnes eam virtutes, & omnes laudũ ſemper tituli concupiſcunt, quia ſine ipſa ornari, aut placere omnino non poſſunt. Fomentis corporalibus proviſum eſt vini munus; abutẽtibus autem eo penitùs interdicitur, & ſobrietatis diſciplina cuſtodienda ſancitur.

Vini vſus, & vtilitas.

Eſt quidem in multis vitæ mortalium vinum neceſſarium, debilem ſtomachum reficit, vires deficientes reparat, algentem frigore calefacit, vulneribus infuſum medetur, antidotis etiam, diuerſisque medicaminibus adiunctum ſalutem operatur, triſtitiam remouet, languores omnes animi delet, lætitiam infundit, conuiuas honeſta miſcere colloquia facit. Paulò amplius verò ſumptum, potanti omnino conuertitur in venenum.

Cur ſacerdotibus & Leuitis vini vſus fuerit prohibitus.
a Leuit. 10. Ezech. 44. 1. Timoth. 3. Tit. 1. & 2.

Propterea enim vini abſtinentiam ſacerdotibus primo, & Leuitis à Domino legimus imperatam[a], quia oportebat, vt illi primitus ſobrietatis modum obſeruãdum ſuſciperent, qui cæteris mortalibus non dictis, ſed factis præcepta diuina obſeruanda traderent, & caſtitatis, & ſanctitatis moribus adimplerent. Quare debet congrua obſeruatione ſobrietas cum ſacerdotali affectu certare, quia qui non ſobrius acceſſerit ad diuinæ maieſtatis altarium, ſentiet immaturæ mortis interitum. Quicunq; erit honore ſacerdotali præditus, & proximus fuerit ebrietati, vicinus eſt vltioni. Et in eos, qui Deo proximant, ſi fuerint temulenti, procul non ſunt vindictæ ſæuienti. Ergo quiſquis diuino munere ſacerdos conſtitutus violentus acceſſerit ad ſacramenti celebrationem, mortis conſequendæ non habet dilationem. Quiſquis immoderatus conuiuioque medius amiſſis modeſtiæ frenis inſana fuerit ebrietate proſtratus, auerſos aſpicit ſtantes, quos integros videre nequiuit, aut ſermone longo ſuperflua verba emittit, & vana dicta componit, male clamans, & bene ſibi ſonans, & dum nihil conſequitur ſanum, nullo alio cogente præter vinum, cordis ſui arcana patefacit, & amicorum ſibi commiſſa ſecreta in medium prodit.

Ad vniuerſa vel crudelitatis, vel turpitudinis faci-

nora perpetrāda facilis inuenitur, cui nulla ſobrie
tis ratio, ſed ebrietas dominatur. Aſſumit interp
Ebrietatis cõditiones.
iniuſta certamina, & nullis ſtantibus cauſis aſperan
citat rixam, & in contumeliam erigitur conuiua
& crimina proximorum. Ebrietas ab animæ ini
cipit, & flagitiorum omnium mater eſt, culpar
teria, radix criminum, origo omnium vitiorum,
tio capitis, ſubuerſio ſenſus, tempeſtas linguæ, p
corporis, naufragiũ caſtitatis. Ebrietas tempor
ſio eſt, inſania voluntaria, ignominioſus languor
tis ſanæ debilitatio, turpitudo morum, dedecu
honeſtatis infamia, animæ corruptela. Ebrieta
rem Dei aufert, futurum Dei iudicium de cord
bentium tollit. Ebrietas regna cœleſtia appetit
negat; ebrietas famulo non ſolùm fidem aufer
fraudum & ſeruitutis officio inutilem facit, &
la, quæ comprehendi non poſſunt. Tantam er
tudinem, & tantum malum à vobis abijcite, &
tis crimina totis viribus declinate; fugite crap
a August. in d. tract. de ſobriet. & caſtit.
loquentes, aut facientes, quibus ſobrij non erub
Vos verò, qui pro Dei amore vinum tantum
quod oportet; & quod ebrioſis in terra perdit
bis per eleemoſynam in cœlo reponitur, non vo
ficiat, quod vos honeſti, & ſobrij eſtis, ſed quan
Sobrij ebrioſos corripere debent.
teſtis, ita caſtigate, & corripite ebrioſos, vt ei
licet vobis præſentibus amplius bibere, quàm op
vt dum & ipſi ſobrietatem diligitis, & alios pe
admonitionem ab ebrietatis perditione reuoca
ſolùm pro veſtra, ſed etiam pro aliorum ſalute
b August ſer. 231. de temp.
vobis præmia in æterna beatitudine præparetis[b].
c lib. 3 de vita contempl. cap. 19.
B. verò Proſper temperantiam, quæ ſobriet
ter, & parens eſt, mirum in modum laudans
effectibus[c]: Temperantia, inquit, temperātem fa
Varij temperātiæ effectus.
ſtinentem, parcum, ſobrium, moderatum, pudi
citum, ſerium, verecundum. Hæc virtus ſi anim
tat, libidines frænat, affectus temperat, deſideri
multiplicat, vitioſa caſtigat, omnia intra nos
ordinat, ordinata corroborat, cogitationes pr
mouet, inſerit ſanctas. Ignem libidinoſæ volupt
tinguit, animi teporē deſiderio futuræ remuner

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

accendit, mentem placita tranquillitate componit, & totam ſemper ab omni vitiorum tempeſtate defendit. Temperantia intemperantiam noſtram ad honeſtum modum redigit in cibo ipſo, vel potu, vt contenti ſimus appoſitis; ne poſcamus impudenter, quod aut ille, qui poſcitur fortè non habeat, aut alios, quod deſiderio noſtro placet offendat, aut gulæ noſtrę intemperans appetitus appareat, nec iudicemus eos, qui volunt cibis, quos ipſi percipimus, abſtinere: nec iis verecundiam faciamus, qui ea, quibus ipſi abſtinemus, fortè percipiunt, & Deo gratias agunt; certi quod ſatis miſerum ſit, aliquos de cibi, & potus perceptione damnare, aut nobis arrogare per abſtinentiam ſanctitatem. Temperantiæ eſt, quod reuerentiam ſenioribus exhibemus, æquales germanitus honoramus, minoribus gratiam paternæ dilectionis impendimus; quod præſtamus loquenti ſeniori ſilentium; quod ipſius ad loquendum prę́ſtolamur imperium; quod non attollimus immoderatum in collocutionibus ſonum; quod riſui prorumpere non permittimus in cachinnum, quod nulli detrahimus, nec detrahentes æquanimiter ſuſtinemus; ſciētes, quod tam illi, qui detrahunt, quàm illi, qui detrahentibus acquieſcunt vanitatis morbo corrupti ſunt. Qui ad hoc alios viles videri volunt, vt ſe commendent eorum comparatione quos carpunt, & videantur ea vitia non habere, quæ malitioſè in aliis reprehendunt: quod malum temperantia tollit; cui, qui ſeruire voluerit, non quod reprehendat in fratribus, ſed vnde Deum laudet, attendit. Ac per hoc ipſius temperantię eſt, quod non ſolùm temperantes in omnium membrorum officiis ſumus, ſed etiam quod omnia libenter, quæ nos moderatos ac ſobrios faciunt obſeruamus.

Temperantia intemperantiā noſtram ad honeſtum modum in cibo & potu redigit.

Ad alia, quam quæ cibi, et potus ſunt extenditur temperantia.

Tēperantiæ eſt quod obſeruamus ea quę nos ſobrios faciūt.

Cęterum hic obiter notandum, & obſeruandū venit; quod, ſicut à B. Proſpero tēperantia, & à Baſilio eiúſve interprete, continētia, non ſolùm ad ea, quæ cibi & potus ſunt, verumetiam ad plura alia extēditur; ita etiam ſobrietatis vocabulum à Chryſoſtomo eiúſve interprete latius quàm ad moderatā cibi potuſque ſumptionem porrigitur. Explicans enim illum locum Pauli ad Titum[a]: Sobriè, & piè, & iuſtè viuamus in hoc ſeculo:

a Hom. 5. in cap. 2. & ibid. Theophylact.

Vides, inquit, quod ſemper dicere ſoleo, ſobrietatem non
modo abſtinentiam fornicationis indicat, verum per-
turbationum quoq; reliquarum. Igitur & qui pecunias
amat, ſobrius non eſt. Nam ſicut eſt corporum amor,
ita & pecuniarum. Imò longè hic impotentior, qui
tantum habet vim, qua poſſet impellere. Et in epiſtola
ſecunda ad Timothæum explicans illud[a]: Non enim
dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed virtutis, &
lectionis, & ſobrietatis: ſobrietatem, inquit, ſiue ſani-
tem mentis atque animæ dicit, ſiue per quam ipſi
piſcimus, cùm quid aduerſi contingit, quod &
nos, & noſtra ſuperflua amputet.

Qui pecunias amat non eſt ſobrius.

a *Hom. 1. in cap. 1.*

Cur in Completorio legatur ſemper: Sobrij eſtote, &c.

CAP. XVIII.

PRÆTEREA cùm ſobrietas, & vigilantia
omnium ſeruatrix ſit, & ad illam Apoſtolus
peſſendam frequenter nos hortetur, & præcipiat[b]:
Idcirco in Eccleſia Romana receptum eſt, vt in Com-
pletorio horarum canonicarum canatur ad clerici
lectio[c]. Fratres, Sobrij eſtote, & vigilate, quia aduerſa-
rius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit,
rens quem deuoret, &c. Quoniam qui ſobrius eſt,
vigilat, vt D. Ioannes Chryſoſtomus inquit[d],
à peccato capiatur, mox tamen ipſum abijcit,
Qui verò ſomno, aut inſania comprehenditur,
telligit, quo pacto ſub iis detineatur ſeruitute.
Baſilius dixit[e]; ebrietas vt ſomnium adfert,
manum; ita vigiliam habet ſomnij aſſimilem.
ras quem es hoſpitio excepturus? nimirum illum
nobis ita pollicitus eſt: Ego & Pater veniemus,
ſionem apud eum faciemus. Cur igitur prius re-
mulentiam, ac Domino ingreſſum præcludis?
mittis, vt hoſtis munimenta tua prior occupet?
non recipit Dominum: ebrietas Spiritumſanctum
pellit. Fumus quidem abigit apes, dona verò ſpiritualia
fugat luxus. Sed non ſatis eſt, vt Theophylactus[f]
vigilare, ac ſobrium eſſe, verùm opus eſt etiam
Vt enim quis vigilans ſit, & ſobrius, non habeat
arma, facilè eum, latrones, & prædones

b *Ad Theſſ. cap. 5. 1. ad Timoth. 3. cap. & 2. ad Timot. 4. ad Titum 1. et 2. cap.*

c *1. Petr. 5.*

d *in cap. 1. Ioã. Hom. 4.*

e *in Hom. 1. de ieiunio.*

Ioan. 14.

Ebrietas Spiritumſanctum eiúſque dona propellit.

f *in epiſt. 1. ad Theſſ. cap. 5.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cùm igitur Apoſtolus moneat nos, quia aduerſarius noſter diabolus, tanquam leo rugiens circumeat, quærens quem deuoret; nullum non aditum tentans in nos per corporis voluptates[a]: Si contra hunc aduerſarium arma poſcitis, arripite quæ Apoſtolus ſubminiſtrat, dicens: Cui reſiſtite fortes in fide. Fides enim eſt illa lorica, qua nos contra illum D. Paulus indui voluit, dicens[b]: Non dormiamus, ſicut & cæteri; ſed vigilemus & ſobrij ſimus: Qui enim dormiunt, nocte dormiunt; & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt: nos autem, qui Dei ſumus, ſobrij ſimus, induti loricam fidei, & charitatis, & galeam ſpem ſalutis. Loricam autem ſiue thoracem fidei & charitatis dicens, vt Theophylactus inquit[c], dogmata, & bonam vitam adumbrauit: Hoc enim eſt verè ſobrium eſſe. Non ſimpliciter autem hæc habēda, ceterum veluti lorica. Hanc enim nihil facilè diſſecat, ſed veluti munimentum quoddam eſt pectori, ac nihil igneorum ſatanæ telorū nos tanget. Quid enim, quęſo, vt Chryſoſtomus inquit[d], fides conferet emolumenti, ſi vita ſincera non fuerit, & pura? Cùm rectæ fidei dogmatibus vitam quoque veſtram diligēter curate. Fulgeat enim, inquit[e], lux veſtra coram hominibus, vt videant veſtra opera bona, & glorificent patrem veſtrum in cœlis, vt & vita cōſonet fidei dogmatis, & dogmata prædicent vitam. Fides enim ſine operibus mortua eſt[f], & opera ſine fide mortua ſunt. Nam tametſi ſanam teneamus doctrinam, vitam autem negligamus, nihil nobis proderūt doctrinæ. Rurſus ſi vitæ curam diligentem geſſerimus, in fidei autē placitis claudicauerimus, neque ſic nobis aliquid lucri fuerit.

a Vide Cyprianum in ſerm. de zelo, et liuore, in principio.
b 1. ad Theſſ. cap. 5.
c d. loco ad Theſſ.
Quid ſit verè ſobrium eſſe.
d aduerſ. vituperat. vitæ monaſt lib. 1. et in 1. cap. Gen. Hom. 1.
e Matth. 5.
f Iacob. 2.

D. verò Hieronimus de ſobrietate hac ſcribens[g]: Aiunt medici, inquit, & qui humanorum corporum ſcripſere naturas, præcipueque Galenus in libris quorū titulus, περὶ ὑγιεινῶν, puerorum, & iuuenum, ac perfectę ætatis virorum mulierumque corpora, inſito calore feruere, & noxios illis eſſe cibos ætatibus, qui, calorem augeant; ſanitatique conducere, frigida quæque in eſu & potu ſumere. Sicut è contrario ſenibus, qui pituita laborāt, & frigore, calidos cibos, & vetera vina prodeſſe. Nonnulli vitam pudicam appetentium in medio iti-

g in epiſt. 10. ad Furi.
Quales cibi pueris, iuuenibus, viris & mulieribus cōducant vel non conducant.
Senibus quales cibi conueniant.

nere corruunt, dum ſolam abſtinentiam carniũ pu
& leguminibus onerant ſtomachũ, quæ moderat
ceq; ſumpta innoxia ſunt; &, vt quod ſentio loqua
hil ſic inflãmat corpora, & titillat mẽbra genitalia
indigeſtus cibus, ructuſq; conuulſus. Quicquid ſe
minariũ voluptatũ, venenũ puta. Parcus cibus, &
ſemper eſuriens triduanis ieiuniis præfertur: Et
melius eſt quotidie parũ, quàm raro ſatis ſumere.

Inter comedendum quid clericis cogitandum.

do comedis, cogita, quod ſtatim tibi orandũ, ilico
gendũ ſit. De ſcripturis ſanctis habeto fixũ ver
merũ: iſtud pẽſum Domino tuo redde: nec ant
mẽbra cõcedas, quã calathũ pectoris tui hoc ſub
ne impleueris. Poſt ſcripturas ſanctas doctorũ bo
tractatus lege, eorum duntaxat, quorum fides
Cæterùm deploranda res eſt, & cũ Innocẽtio
tifice[a], dolentes referimus, quod licet hæc ſobrie
nonicorum, & aliorũ eccleſiaſticorũ auribus
inclametur, nõ ſolùm tamen quidã minores, ve
aliqui eccleſiarũ Prælati circa comeſſationes ſupe
& fabulationes illicitas (vt de aliis taceamus) fere
dietatem noctis expendunt, & ſomno reſiduum
quentes, vix ad diurnum concentum auium excita

a in c. dolentes, de celebr. miſſ.

Origines verò explicans illum locum Leuitic[b]
locutus eſt Dominus ad Aaron, dicens: Vinum, &
ceram nõ bibetis tu & filij tui tecum, cùm intrabi
tabernaculũ teſtimonij, aut cùm accedetis ad altar
non moriemini. Lex, inquit, euidens datur & ſacerdo
bus, & principi ſacerdotum, vt cùm accedunt ad al
vino abſtineant, & omni potu, quod inebriare po
quod ſcripturæ diuinæ appellatione vernacula ſic
moris eſt nominare. Vult ergo ſermo diuinus ſo
in omnibus eſſe Domini ſacerdotes, vtpote qui a
tes ad altare Dei orare pro populo debeant, & pro
nis interuenire delictis, qui portionem in terra n
beant, ſed ipſe Dominus portio eorũ ſit, ſic enim
de his ſcriptura[c]. Filiis Leui non dabitis partẽ in m
fratrum ſuorum, quia ego portio eorũ Dominus
ipſorum. Vult ergo iſtos, quibus ipſe Dominus po
eſt, ſobrios eſſe, & ieiunos, vigilãtes in omni tempo
maximè autẽ cùm ad exorandũ Dominum, & ſa

b 10. cap.

Sicera quid ſit.

c Ioſ. 23. cap.

candum in conſpectu eius altaribus præſto ſunt. Quæ mandata in tantũ vim ſui ſeruant, & omni obſeruantia cuſtodienda ſunt, vt & Apoſtolus hæc eadẽ noui Teſtamenti legibus firmet. In quo ſimiliter etiam ipſe ſacerdotibus, vel principibus ſacerdotũ vitæ regulas ponẽs, dicit eos non debere eſſe vino multo ſeruientes, ſed ſobrios eſſe: ſobrietas enim omniũ virtutũ mater eſt, ſicut ẽcõtrario ebrietas omniũ vitiorum. Apertè enim pronuntiauit Apoſtolus, dicẽs[a]: vinum in quo eſt luxuria, vt oſtenderet, ex ebrietate veluti primogenitam filiam generari luxuriam. Tum præterea Saluator, Domini & Regis auctoritate ſacerdotibus ſimul ac populis leges, & iura conſtituens[b]: Attẽdite, inquit, ne fortè grauentur corda veſtra in ebrietate, & crapula, & in ſolicitudinibus ſeculi, & veniat ſuper vos ſubitaneus interitus.

Sobrietas omnium virtutũ mater eſt.
a *Epheſ.* 5.
Luxuria filia primogenita ebrietatis.
b *Luc.* 21.

Audiſtis edictum Regis æterni, & lamentabilẽ finem ebrietatis vel crapulę didiciſtis. Si quis vobis peritus, & ſapiẽs medicus his ipſis verbis prę̨ciperet, & diceret: Attẽdite vobis, ne quis (verbi gratia) de illius vel illius herbæ ſucco auidè ſumat; quod, ſi fecerit, ſubitus ei veniet interitus, nõ dubito, quin vnuſquiſq; propriæ ſalutis intuitu pręmonentis medici præcepta ſeruaret. Nunc verò animarũ, & corporũ medicus, ſimulq́; & Dominus, iubet ebrietatis herbã, & crapulæ vitandã; ſimiliter & ſolicitudinum ſecularium, velut mortiferos ſuccos cauendos. Et neſcio ſi quis noſtrum non in his cõſumitur, vt ne dixerim ſauciatur. Eſt ergo ebrietas vini pernicioſa in omnibus. Sola namque eſt, quæ ſimul cum corpore, & animam debilem reddat. In cæteris etenim poteſt fieri, vt, ſecũdum Apoſtolum[c], cùm infirmatur corpus, tunc magis potens ſit ſpiritus, & vbi is, qui de foris eſt, homo corrũpitur, ille, qui intus eſt, renouetur. In ebrietatis verò ęgritudine corpus ſimul, & anima corrũpitur, ſpiritus pariter cum carne vitiatur. Omnia membra debilitat, pedem, manum, linguam reſoluit, oculos tenebrat, mẽtem velat obliuio, ita vt hominẽ ſe neſciat eſſe, nec ſentiat. Habet ergo iſtud primo dedecoris corporalis ebrietas. Iam verò ſi diſcutiamus, quot modis mens inebriatur humana, inueniemus ebrios etiam eos, qui ſibi ſobrij videntur. Iracũdia inebriat animã, furor verò

Ebrietas vini pernicioſa in omnibus.
c *Rom.* 8.
In ebrietate corpus ſimul & anima corrũpitur.
Qui ſobrij etiã ebrij ſint.

cam plus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eam plus quàm ebriam facit;ſi quid tamen, eſſe ebr
Cupiditas, & auaritia rabidum hominem reddunt. tate amplius poteſt. Cupiditas & auaritia; non ſo
ebrium, ſed & rabidum hominem reddunt.

Quò pertinet & illud, quod D. Ioannes Chryſ
a oratione 5. mus aduerſus Iudæos dixit [a]: Præteriit ieiunium Iu
In ſobrietate quoque eſt temulentia, & luxurioſa comeſſatio. rum,imò potius ebrietas Iudæorum. Etenim & a
vino ebrietas eſt, & in ſobrietate temulentia, lu
ſaque comeſſatio Quodſi nemo poſſet abſque vi
mulentus eſſe, nequaquam Propheta diceret [b]: V
b Iſa. 29. qui ebrij ſunt, & non à vino. Si nō eſſet ſine vino
c Epheſ. 5. tas haudquaquam dixiſſet Paulus [c]: Nolite inebri
Varia ebrietas. no, in quo eſt luxuria. Nam quemadmodum vin
& alio modo poſſet aliquis inebriari; Eoq; dixi
inebriari vino. Eſt enim ebrietas & in ira, & in a
concupiſcentia, & in auaritia, & in amore glori
Ebrietatis definitio. que in aliis innumeris affectibus. Ebrietas
aliud eſt, quàm excidiſſe à recta ratione, delirati
ſanæ mentis priuatio. Non ſolùm igitur qui m
haurit merum, verumetiam qui alium quempiam
bum alit in animo, vehementer ebrius eſſe iudic
Etenim qui mulieris alienæ tenetur amore, qui
vacat, ebrius eſt. Et quemadmodū is, qui mult
bit merum, ſeſeque ingurgitauit, illiberales voce
dit, aliudque pro alio videt; ſic & hic, veluti mer
piam ſua cupiditate repletus, neque ſana profer
ſed obſcœna omnia, ſed pernicioſa, ſed illiberali
que plena, aliaque pro aliis videt, cæcutiens ad e
cernuntur. Quodſi mulieri ſtuprum inferre cō
hanc vbique imaginans, non aliter, quàm mētec
& delirans in conuenticulis, in conuiuiis, in omn
pore, in omni loco, etſi innumera hominū milli
alloquantur, nec audire quidem videtur, ſed a
tantum intentus eſt animus, nec aliud ſomniat,
peccatum, habetque ſuſpecta omnia, metuit om
hilo melior animante, quod alligatum ſcutica
Quē tenet ira, ebrius eſt. tur. Rurſus quem tenet ira, ebrius eſt. Similiter &
turget facies, vox fit aſperior; oculi fiunt ſangui
mens obtenebratur, prudentia ſubmergitur, lingu
mit, oculi intorquentur, aures alia pro aliis audiu
mirum ira longè grauius, quam vllum merum
pe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

percellente cerebrum, tempeſtatem concitante, turbationemque gignente inſedabilem. Quodſi ebrius eſt, quem tenet concupiſcentia, iráve; multo magis homo impius, & in Deum blaſphemus, illiusque legibus repugnans ebrius eſt, inſanitque, deterius affectus, quàm ij, qui comeſſantur, quique mente capti ſunt, licet ipſe morbum ſuum non ſentire videatur. Nam id maximè conuenit ebrietati, etiam ſenſu vacare malorum, quæ turpiter committit.

Impius & in Deũ blaſphemus ebrius eſt.

Hæc etiam accedere videtur illud D. Hieronymi [a]: Caue, ne ſi ieiunáre, aut abſtinere cœperis, te putes eſſe iam ſanctam. Hæc enim virtus adiumentum eſt, non perfectio ſanctitatis. Magisque id prouidendum eſt, ne tibi hoc, cùm licita contemnas, ſecuritatem quandam illicitorum faciat. Quicquid ſupra iuſtitiã offertur Deo, non debet impedire iuſtitiam, ſed adiuuare. Quid autẽ prodeſt tenuari abſtinẽtia corpus, ſi animus intumeſcat ſuperbia? quam laudem merebimur de pallore ieiunij, ſi liuore liuidi ſimus? Quid virtutis habet vinum non bibere, & ira atque odio inebriari? Tunc, inquã, præclara eſt abſtinentia, tunc pulchra, atque magnifica caſtigatio corporis, cùm eſt animus ieiunus à vitiis. Imò qui probabiliter, ac ſcienter abſtinentiæ virtutem tenent, eo affligunt carnem ſuam, quò animæ frangant ſuperbiam, vt quaſi de quodam faſtidio contemptus ſui atque arrogantiæ deſcendant ad implendam Domini volũtatem, quæ maximè in humilitate perficitur. Idcirco à variis ciborum deſideriis mentẽ retrahunt, vt totam eius vim occupent in cupiditate virtutum. Iamque minus ieiuniorum, & abſtinentiæ laborem caro ſentit, anima eſuriente iuſtitiam. Nam & vas electionis Paulus dum caſtigat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigit [b], ne aliis prædicans ipſe reprobus inueniatur, non ad ſolam (vt quidam imperiti putãt) hoc facit caſtitatem. Non enim huic tantummodo, ſed & omnibus omnino virtutibus abſtinẽtia opitulatur. Neque magna, aut tota Apoſtoli gloria eſt, nõ fornicari, ſed hoc agit, vt caſtigatione corporis erudiatur animus; quantoq; nihil ex voluptatibus concupiſcit, tantò magis poſſit de virtutibus cogitare, ne perfectionis magiſter imperfectũ aliquid in ſe oſtendat.

a ad Celant.

Sobrietas, & abſtinentia quando laudanda.

Domini volũtas maxime in humilitate perficitur.

b 1. Corint. 9.

Abſtinentia omnibus opitulatur virtutibus.

dat. Abſtinere autem cõuenit ab omni cibo, quem
cupiſcentia, & libido præſumit, quem deliciæ para
luxus excogitat, videndumq; eſt, non ſolùm qua
quanto cibo, & quo in tempore, & quã parco vi

a Origin. in e-piſt. ad Rom. lib. 9. cap. 14.

Cùm autem clerici vino dediti eſſe prohibeantur
intemperantiã nequaquam habere permittuntur
enim ebrietas prohibetur, & voracitas permitti
trumq; enim inter opera tenebrarũ Apoſtolus com
morat ſcribens Romanus [b]: non in comeſſationi
ebrietatibus: ventris namq; ingluuies ad luxuria
uocat facilè, & omne opus bonum diſſoluit [c]. Gul
tem vitium, vt D. Baſilius inquit [d], non in eſcam
pia naturæ ſuæ vim poſitam exercere nouit, ſed
luptate, atque guſtatu, licet modicis admodum
Quod, ſi ita eſt, vt vel breuiſſima modo guſta
pta delectatio obnoxium te iſtiuſmodi morbo
efficere, haud dubiè id te nullo negotio ad interi
bit. Etenim multos ego, inquit, animaduerti ſæpe
alterius cuiuſuis generis vitiis laborarent, ad ſan
tamen redierint poſtea; qui autem hoc morbo te
tur, vt ventris ingluuie duci ſe ſinerent, nemi
omnibus vidi vnquam, qui cõualuerit. Nam qui
modi ſunt, ij mendaces ſunt, ad iuſiurãdum para
iurioſi, litigioſi, pertinaces, clamoſi, & qui ſatur
ſe pertinaciſſimè pernegent, illiberales, qui vi
cato apprimè gaudeant, queruli, aliorum curioſi
ratores, totius vitæ honeſtæ de induſtria inimi
gulę libidinem obtegant, innumerabilibus ſe ali
inuoluunt, qui cum habitu quidem inter ſaluos
deantur, rebus ipſis inter perditos numerandi
Hæc fuit quæ Adæ interitum, & poſt ipſum,
niuerſæ illius poſteritati exilium apportauit.

b cap. 13.

c §. 1. diſt. 44.

d in ſerm. de abdicat. rerũ.

De tabernis, & ludis clericis vitandis. CAP. X

VERVM, quia in tabernis, ſeu cauponis com
ſationes, & ebrietates à clericis, vt plurimum
fiunt, ad eorum honeſtati, & ſaluti conſul
à diuerſis Pontificibus, & conciliis, illis earundẽ in
ſus prohibitus fuit, niſi peregrinationis, vel itiner
ceſſitati compulſis [e]. Sunt enim illæ dæmonũ offi
&

e c. clerici, de vit. et hon. cleric. c. clerici edendi, et c. non oportet. diſt. 44. Iuo par. 6. decret. cap. 103 & 2. ſequent. Burch. lib. 2. decret. cap. 129. & 2. ſequent.

& omnis intemperantię ſchola: Vbi omnis vitæ regula diſſoluitur, & inconceſſis voluptatibus habenæ laxantur[a]. Quocirca etiam nuper in reformatione cleri Germaniæ a Sedis Apoſtolicæ Legato ſtatutum fuit[b], vt clerici tabernas publicas euitent, niſi eas peregrè proficiſcentes ingredi oporteat, & tam inibi, quàm domi, & alibi à crapula, ebrietatibus, omniq; ludo à iure prohibito, blaſphemiis, rixis, ac aliis quibuſcũque exceſſibus, & offenſionibus penitùs abſtineãt: choreas, ſpectaculáque, & conuiuia publica vitent; ne ob luxum, petulantiamque eorum nomen eccleſiaſticum malè audiat.

a Iud. Clichth. in opuſc. de vita & morib. ſacerd. cap. 17.
b cap. 3.

Qui ludi clericis ſint prohibiti.

Ludi autẽ à iure prohibiti ſunt, quos mimi, ioculatores, & hiſtriones faciunt, ſeu exercẽt[c]: qui à Bonifacio octauo goliardi ſeu bufones vocantur[d]. Quodſi clerici clericalis ordinis dignitati nõ modicũ detrahentes per annum artem illã igniminioſam exercuerint ipſo iure; ſi autem tempore breuiori, & tertio moniti nõ reſipuerint, omni priuilegio clericali vt careãt conſtitutũ eſt[e].

c c. clerici officia. de vita & honeſt. cler.
d c. vnico. de vita et honeſt. cler. in 6.
e d. c. vnico.

Ad aleas & taxillos ludere clericis eſt inhibitum.

Iure quoq; canonico clericis prohibetur[f], vt ad aleas, & taxillos non ludant, nec huiuſmodi ludis interſint. Propterea quod plurima crimina in talibus ludis perpetrari ſoleãt. Quod Iuſtinianus Imperator ſua conſtitutione deſuper ædita egregiè teſtatur, inquiens[g]: Alearũ vſus antiqua res eſt, & extra operas pugnatorias cõceſſa: verum pro tẽpore abiit in lachrymas, multa millia extranearũ nationum ſuſcipiẽs. Quidã enim nec ludentes, nec ludum ſcientes, ſed numeratione tantũ proprias ſubſtantias perdiderũt, die noctuq; ludẽdo, argento, apparatu lapidũ, & auro. Conſequẽter autem ex hac inordinatione blaſphemare Deum conãtur, & inſtrumenta conficiunt. Cõmodis igitur ſubiectorũ proſpiciẽtes hac generali lege diſcernimus; vt nulli liceat in publicis, vel priuatis domibus, vel locis ludere, neq; in genere, neque in ſpecie. Et ſi contra factũ fuerit; nulla ſequatur condẽnatio, ſed ſolutũ reddatur, & competentibus actionibus repetatur ab his, qui dederunt, vel eorũ hæredibus, aut his negligẽtibus à patre aut defenſoribus illius ciuitatis, vel recipiat fiſcus, nõ obſtãte 50 annorũ præſcriptione. Et idẽ Imperator in alia authẽtica cõſtitutione[h]. Interdicimus ſanctiſſimis Epiſcopis, & presbyteris, diaconis, & ſub-

f d. c. clerici officia.
g l. vnica. C. de alear. luſu, & aleatorib.

Ex aleæ luſu prouenit ſubſtãtiarum perditio, & blaſphemia in Deum.

h authen. interdicimus. C. de Epiſ. et cler. & in authen. de ſanctiſſimis Epiſcopis. collat. 9. §. interdicimus. Iuo 5. parte decret. cap. 370.

& ſubdiaconis, & lectoribus, & omnibus aliis
bet ordinis venerabilis collegij conſtitutis, ad
ludere, aut alijs ludētibus participes eſſe, aut inſpe
fieri, aut ad quodlibet ſpectaculum ſpectandi gra
nire. Si quis autem ex his in hoc dereliquerit,
hunc tribus annis à venerabili miniſterio prohibe
in monaſterium redigi. Sed in medio tempore ſi
nitentem oſtenderit, liceat ſacerdoti ſub quo c
eſt, tempus minuere, & hunc priori rurſus mini
reddere.

Pœna clericis aleatoribus iure ciuili conſtituta.

Et cùm teterrimum ſit prodigalitatis inſtrum
alea, qua complures per inconſultam temerita
inopiam redacti Deo maledicunt, & grauiora
nonnunquam aggrediuntur, vt ex prædicta
conſtitutione liquet, meritò & hoc prouidend
ne ludo tam noxio vlla ratione indulgeretur,
quoad eius fieri poſſet, omnis eius vſus procul
bene inſtitutæ reipublicæ exterminaretur. Huius
intereſt, ne quis re ſua abutatur. Et quia recep
occaſionem adiumentumque præbent eiuſcem
quitiæ, rectè prætor de iis hoc edictum propoſ
quis enim apud quem alea luſum eſſe dicetur,
uerit, damnúmve ei dederit, ſiue quid eo tempo
eius ſubſtractum eſt, iudiciū non dabo. In eum, qu
ludendę cauſa vim intulerit, vti quæq; res erit,
uertam. Hoſtienſis ſedecim [b]: Florentinus verò
vnum [c] eminerat ſcelera, crimina, & peccata, quæ
ludi genere euenire ſolent. Verum hęc breuitat
nos omittimus.

Alea prodigalitatis inſtrumentum.

Pœna autem clerici publici aleatoris eſt, vt re
à promotione, & ab obtinēdo beneficio, etiāſi
fuerit monitus, vt deſiſtat à ludo; ſed non pri
neficio obtento, niſi præcedat monitio. Adeò,
tio facta tali ſit nulla, ſi de hoc conſtabat, tanqu
vili, & indigno: & ſi non conſtabat, quia erat oc
debet irritari [d]. Ludus autem aleæ hoc loco voca
qui iactu teſſerarum ſeu taxillorū committitur,
innititur fortunæ. Sub quo comprehenditur, &
alius luſus, cuius lucrum è ſolo pendet fortunæ
& nulla induſtria humana dirigitur [e]; qui certè

a *l. 1. ff. de aleator.*
b *in ſumma tit. de exceſſ. prælat.*
c *in 2. part. tit. 1. cap. 25.*
d *c. inter dilectos, et ibi gloſ. & Panor. de exceſſ. prælat. et idem Panor. in c. clerici officia. de vita & honeſt. cleric.*
e *Panor. in d. c. clerici officia. Sylueſter in ſum. in verb. ludus. Iud. Clichth. de vita & morib. ſacer. cap. 19. et conc. Senon. tit. de decret. mor. cap. 25.*

habet iuſti lucri rationem, ob quam legitimè transferatur lucrum in ipſius lucrantis dominium. Quocirca ſanctus Bonauentura dixit[a], huiuſmodi lucrantes ad reſtitutionem eorum quæ hoc ludo ſunt aſſecuti ſtrictè obligari, & quod taxillorum iactu, aut chartis luſoriis ſunt lucrati in pios vſus pauperũ erogari debere. Enimuero ſi quis ſemel, aut bis contrectet aleas, & eas iactitet, concertans cum alio poſito pignore, nónne tandem trahetur ex huiuſmodi ineſcatione ludi in conſuetudinem, & fiet aleator, habebitq; aleas in deliciis? Nónne qui ſibi cauere, ne in aſſuetudinem mali ducatur eniti debet, vt ne ſemel quidẽ admittat id, cuius aſſuefactionem vult euitare? cùm Eccleſiaſtes dicat[b]: qui in vno deliquerit, multa bona perdet. Quocirca in Synodo Senonenſi dicto loco expreſsè clericis omnibus ſtatutum & mandatum fuit, vt à ludo alearum, aliisque qui à ſorte pendent, abſtineant, neque ludentium fautores, ſpectatores, aut teſtes exiſtant.

a vt refert Iudo. Clichtho. in d. opuſ. cap. 19.

b Eccleſiaſt. 9.

D. verò Dionyſius Richelius de huiuſmodi ludis ſcribens[c]: Miniſtros inquit, eccleſiæ, quos à ſecularium vita, & moribus differre oportet, neceſſe eſt maturitati morum, ac probitati vacare; compunctioni, atque diuino timori operam dare, ſicque in conſpectu altiſſimi orationibus, ac pſalmodiis & pœnitẽtiæ actibus inhærere, vt pro propriis, ac fundatorum, & benefactorum ſuorũ exceſſibus, & peccatis ſatisfaciant Deo. Idcirco cauere iubentur ea, quæ compunctionem, maturitatem, deuotionemque diſſipant, diſſolutionem inducunt, & ſeculares generant mores, vt ſunt familiaritates, exercitia, ludi, & ioci mimorum, & ioculatorum, ac hiſtrionum, viſitatio tabernarum, comeſſationes, & lauta conuiuia, ludus alearum, & taxillorum, quibus multa enormia coniuncta ſunt vitia, & ex amore procedunt pecuniæ, auaritiamque concernunt.

c de vit. Can. & eccle. art. 9.

Quando & quomodo clericis permiſſum ſit ludere.

CAP. XX.

INTEREA, vt ſolidius, euidentius, ac certius innoteſcat, qualiter Canonicis, & miniſtris Eccleſiæ interdum liceat ludere, & qui ludi ſint liciti; aduertendum

dum quod D. Thomas, Durandus, & alij ſcribunt, aſſerunt [a]: Quemadmodum hominis corpus indiget corporali refocillatione, quiete, & ſomno, quia nõ ... continuò laborare: ſic itidem anima indiget virium re-creatione, atque ſolatio, quod fit per aliqua verba, ... opera, in quibus non intenditur, neque requiritur ... animi delectatio; & hęc verba aut opera vocantur ... dicra, aut iocoſa. Circa quæ tria ſunt obſeruanda ... mum, vt delectatio talis non quæratur per verba, ... facta inhoneſta, turpia, aut nociua alicui. Secundum ... ne grauitas ſeu deuotio cordis nimis reſoluatur ... lia. Tertium, vt iocus ſeu ludus exiſtat conuenien-... par:c perſonæ, ac loci, & temporis, aliis quoque ... circunſtãtiis debitè decoretur. Virtus autem per ... homo ita decenter ſe habet in ludis, ſecundum philoſo-phum εὐτραπελία, id eſt, vrbanitas vocatur [b]. ... ludo admiſceantur verba, aut facta turpia, laſciu-ua, ſcandalizatiua, mendoſa graue peccatum eſt, ... quenter mortale: imo affectus ad ludum, & iocum ... ſet eſſe tam immoderatus, diſſolutus, & vehemens ... eſſet mortale peccatum, quamuis ludus in ſe non ... niſi peccatum veniale. In concilio verò Medio-... ſtatutum legitur: Clericalis ordinis hominibus ... genere ſaltationis, & ludi, præſertim verò aleæ ... rarum ac talorum interdicimus. Prohibemus ... bos, qui malleis ligneis impelluntur; item follis ... id eſt, pilæ maioris, nec ſolùm ludere vetamus, ... ludorum ſpectatores eſſe nolumus: aut quemquam ... dẽtem in ædibus ſuis permittere. Si autem vale-... interdum cauſa, parua pila, aut alio non indecoro ... modi exercitationis genere vti contigerit; nec ... id faciant; nec pecunia intercedat in ludo: nec ... quod facilè pecunia æſtimari poſſit. Choreas ... aut publicas non agent, nec ſpectabunt.

Ex his elicitur quibus & quando, ac qualiter ... dere. Illis planè ludere licet modo præfato, qui ... bus, aut corporalibus exercitiis bonis inſiſtũt ... rationabilem fatigationem: non autem his, qui ... citati, & otio vacant, qui otia, riſus, & diſſolutio-... mittunt quotidie, qui lauta agunt conuiuia, & ...

a vt narrat Dionyſ. Richel. in d. artic. 9.

In ludis licitis quæ obſeruãda ſunt.

b 4. Ethicor.

Vrbanitas.

Quatenus in ludis licitis cõmittatur peccatum.

Quibus clericis ludere liceat, et quibus non.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

verba, cachinnos, & diſſolutiones immoderatas excedunt. Grauiter igitur peccant, & intolerabilia promerentur ſupplicia miniſtri Eccleſiæ, præſertim Canonici, atque in ſacris ordinibus conſtituti, qui cùm quotidie ea, quæ Dei ſunt curſoriè agant, horas feſtinanter perſoluant; imò de diuino officio ſe celeriter nimis expediant; deinde ea, quæ carnis ſunt, expleant diligenter, & lautè ac lentè reficiantur, ſuasque habeant cõſolationes in multis; & tamen quaſi aſſiduè frequenter refectione completa, aut aliis horis, ludis vacant, iocisque immorantur; aut etiam quod enormius eſt, ad aleas ſeu taxillos ludunt, aut ludis illis interſunt, communicantes, & fauentes ludentibus, ſeu in lucro, & damno ipſorũ participantes. Certè iſti non habent legitimam cauſam ludendi; ſed potius horis, quibus ludunt, deberent ſua deplorare peccata, & tempus quod in aliis ſuis vanis recreationibus, fabulis, riſibus infructuosè, imò vitiosè conſumunt, recuperare pro poſſe; negligentias quoque, & defectus, quos diuinum ſoluendo officium incidunt, & committunt deflere.

Hi inſuper nimium ſuis ludis immorantur, & iocis, qui deuotionem, maturitatemq; cordis, ſi quam paulò ante habebant, omnino diſſipant, & corrumpunt. Heu quam periculoſa eſt taliũ vita, quam perdita atque damnabilis, qui pro eo quod prandio facto, & cœna cõpleta deberent ad cameras ſuas redire, aut bibliothecas intrare, & ſacris lectionibus, ſaluberrimisq; conſiderationibus eſſe intẽti (prout ſanctus loquitur Cyprianus[a]) ſe ad exteriora omnino profundunt, ad carnalia & mundana ſolatia intimoratè exponunt, ac variis modis pretioſiſſimum tempus ipſis indultũ inutiliter ac lamẽtabiliter perdũt, ſuæ vocationis ſtatum non attendẽtes, nec conſciẽtias ſuas corã Deo diſcutiẽtes; imò ad quæ, quãta, & qualia teneãtur vix vnquã debitè efficaciterq; pẽſantes. De talibus ait D. Bernardus[b]: Inſolentia clericorũ vbiq; terrarũ turbat eccleſiã, & moleſtat: alienis nimirũ laboribus locupletãtur, comedũt fructus terrę abſq; pecunia, & prodit quaſi ex adipe iniquitas ipſorum: mẽs quippe aſſueta deliciis, nec exculta diſciplinis multas contrahit ſordes. Quantos videmus, qui nõ Chriſto Domino, ſed

a *In tract. de aleatoribus. Tom. 3. ſecundũ editionem Pameli.*

b *epiſt. 158. Inſolentia clericorum vbiq; terrarũ turbat eccleſiam.*

 ſuo de-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuo deſeruiunt ventri, atq; in multis eorum fornica[illegible]
regnat, qui puritatis auctori impuro corde, ac ſor[illegible]
corpore miniſtrantes non verentur iuxta ſe ſtare a[illegible]
lum Dei, qui fecet eos medios, & diſperdat.

Ludus alearũ quatenus pro pecunia fieri poſſit.

Præterea ludus, qui fortunæ innititur, vt eſt ludus a-
learũ, non poteſt pro pecunia fieri, niſi ſex concur[illegible]
Primum eſt, congruitas perſonæ: Clericis autẽ ad al[illegible]
& taxillos ludere, aut huiuſmodi ludis intereſſe de[illegible]
non licet [a]. Vnde aleator publicus, & vſurarius re[illegible]
luntur à dignitate obtinenda, non obſtante conſue[illegible]
ne contraria [b]. In beneficio tamen obtento poteſt
Epiſcopus gratiam facere ſi ſe corrigat; alias de iure [illegible]
bet deponi [c]. Secundum eſt, cõgruitas materiæ, qu[illegible]
eſculento vel poculento aliquo modo ludere lic[illegible]
quendo de ludo laudabili iuxta prædicta, idque [illegible]
recreationis, & non lucri in crumena reponendi, [illegible]
dictum eſt, in eſculẽta, aut poculenta conuertend[illegible]
do exigiuum illud ſit pretium, ne ſuccumbens gra[illegible]
trimento afficiatur, conuertaturque in ſumptus m[illegible]
cris conuiuij, quod relaxandi animi gratia inſtru[illegible]
Verum Panormitanus [e] hoc in laicis, non autem [illegible]
ricis procedere exiſtimat, quia & his cõuiuia i[illegible]
ſunt [f]. Tertium eſt, cõgruitas temporis, vt non tem[illegible]
luctus, aut pœnitentiæ, aut officij diuini, vel co[illegible]
nionis fiat. Quartum eſt, congruitas modi, vt fia[illegible]
dolo, nec quis contra legem ludi faciat, nec aliu[illegible]
uocet, aut cogat ad ludendum. Quintum eſt, congru[illegible]
loci, ne ſcilicet fiat in loco ſacro, vel publico, [illegible]
ſcandalum oriri apud laicos poſſit. Sextum eſt, [illegible]
gruitas finis, vt ſcilicet ludatur non propter aua[illegible]
ſeu lucrandi cupiditatem, ſed gratia honeſtæ, & n[illegible]
ſariæ recreationis ſuæ, vel ſocij [g].

Aduertant hæc clerici ad tantam cœcitatem, [illegible]
tatem, inſaniamque prolapſi, vt non obſtantibus [illegible]
canonibus, & decretis, audeant, & præſumant p[illegible]
& deſiderio lucri turpiſſimi ad aleas, & taxillos [illegible]
luſorum ſecularium ludere, cùm tamen ad lucra[illegible]
reſtitutionem, ſeu in pios vſus conuerſionem pe[illegible]
teneantur, nec aliter poſſint ſaluari, ſacramentali[illegible]
abſolui, vt D. Dionyſius Richelius in opuſculo d[illegible]

a c. clerici officia. de vit. & honeſt. cler.
b c. inter dilectos. de exceſſib. Prælat.
c Panor. in d. c. inter dilectos alleg. c. 1. diſt. 35.
d Dionyſ. Richel. in d. opuſ. art. 9. et Clichtho. in d. opuſc. cap 19. gl. in c. 1. diſt. 35.
e in d. c. clerici officia. per l fi. ff. de aleatorib.
f Panor. in d. c. clerici officia. et d. c inter dilectos. Syluest. in ſumma. in verb ludus.
g Dionyſ Richel. in d. opuſc. art. 9 et Clichtho. in d. opuſc. cap. 19.

eccleſiaſticorum ſcribit [a]; & Iudocus Clichthoueus
Theologus Pariſienſis in opuſculo de vita, & moribus
ſacerdotum, allegans ſanctum Bonauenturam [b]. Nec
obſtat ſi dicatur, hanc conſuetudinem ludendi in toto
orbe eſſe præſcriptam ab eo tempore, cuius non extat
memoria in contrarium: Quia iſta obiectio locum non
habet, quando conſuetudo eſt nutritiua peccati; excuſat
quidem interdum à pœna temporali, ſed non à pœna
gehennali. c. fin. & ibi gloſ. & dd. de conſuet. gloſ. not. in
c. denique. diſt. 4. Scripſit D. Alphonſus Aluarez in The-
ſauro Chriſt. religio. cap. 60. huius ludi inuẽtorem eſſe
diabolum, ac proinde conſuetudine non poſſe validari,
eiusque conditionem adeo ignominioſam, & vitupe-
rabilem aſſerit, quod cum Chilon Athenienſis Philoſo-
phus, vnus ex ſeptem ſapientibus miſſus eſſet Corinthũ
iungendæ ſocietatis cauſa; & ibi duces, ac ſeniores po-
puli ludentes alea comperiſſet, adeo illud abhorruit, vt
etiam infecta re illinc diſcederet, inquiens: Nolle ſe
Spartanorum, quorũ virtus per orbem clareſcebat, hac
infamia maculare; ne diceretur cum aleatoribus ſocie-
tatem contraxiſſe. Quos Philoſophus 4 ethic. affirmat
eſſe deterioris conditionis, quàm latrones. & idcirco
Odoffre. in l. 1. ff. de aleato. eos velut reipubl. reputat
hoſtes & inimicos. Reſipiſcãt ergo miſerrimi, & diuini
penſent rigorem iudicij, intolerabilia quoque tormenta
inferni, quæ paulo poſt incident haud dubiè, niſi iam
non ſolum deſiſtant, ſed & condignos agant pœnitẽtiæ
fructus [c]. Cæterùm, in illis ludis, qui ſorti fortuitæ non
ſubijciuntur, ſed humana diriguntur induſtria, ſolertia
atque peritia (quorum nonnullæ leges, & conditiones
ſupra poſitæ ſunt) adhibẽda & hæc cautio eſt, & regula;
ne ſcilicet quid in his fiat, quod in aliis fortunæ ſubie-
ctis cauendum diximus. Quibus & illud addendum vi-
detur, clericos id ludi genus exercere nõ debere, in quo
euenire plerumque ſolet periculũ læſionis fortuitæ ſibi,
vel alteri inferendæ, vt in ludo arcus, aut eiaculationis
bombardarum ſeu ſcloperorum; propterea, quod expo-
nantſe periculo effundendi humanum ſanguinem, aut
grauiter ſe, vel aliquem caſu lædendi; & hoc ludi genus
inſpectoribus ſæpe ingerit, propterea etiam ſcandalum,

a art. 9.
b cap. 19.
c Dionyſ. Richel. in d. opuſ. art. 9.
d Clichth. in d. opuſc. cap. 19.
Ludus arcuum & bombardarum clericis, periculoſus & malus eſt.

& præbet offendiculum, iudicantibus clericali ordini
minimè licere. Vnde occaſionem ruinę pręſtant pro
mo, grauiusque delinquunt.

De profanis ſpectaculis & ſcenis fugiendis.

CAP. XXI.

De fugiendis ſpectaculis publicis.

Voluptas oculorum varia.

a lib. 6. diuinar. inſtitut. cap. 20.

PRÆTEREA ſpectacula publica clericis fugien-
eſſe non ſine cauſa ſupra dictum eſt: Siquidem La-
ctantius de illis ſcribens a: Voluptas, inquit, ocu-
rum varia, & multiplex eſt, quæ capitur ex aſpectu
rum, quæ ſunt in vſu hominum, vel natura, vel op
delectabiles. Hanc philoſophi rectiſſimè ſuſtul
Aiunt enim multò eſſe præclarius, & homine dign
cœlum potius, quàm cœlata intueri, & hoc pulcher
mum opus, intermicantibus aſtrorum luminibus, a
quam floribus adornatum, quam picta, & ficta, & ge
mis diſtincta mirari. Sed cùm diſertè ad contemptu
terreſtrium nos exhortati ſunt, & ad cœli ſpectacu
excitauerunt, tamen ſpectacula hæc publica non co
temnunt. Itaque his & delectātur, & libenter inter

Spectacula publica maxima ſunt irritamēta vitiorum.

Quæ quoniam maxima ſunt irritamenta vitioru
ad corrumpendos animos potentiſſimè valent, tol
ſunt nobis, quia non modo ad beatam vitam nihil c
ferunt, ſed etiam nocēt plurimùm. Nam qui homi
quamuis ob merita damnatum in cōſpectu ſuo iugu
pro voluptate computat, conſciētiam ſuam polluit,
ſcilicet, quàm ſi homicidij, quod fit occultè ſpectat
& particeps fiat. Hos tamen ludos vocant, in quib
humanus ſanguis effunditur, adeò longè ab homi
ſeceſſit humanitas, vt cùm animas hominum inter
ciant ludere ſe opinentur, nocētiores iis omnibus q
rum ſanguinem voluptati habent. Huius autem p
homicidij ſocios, & participes eſſe non conuen
qui iuſtitiæ viam tenere nituntur.

In ſcenicis ludis quę tractētur.

In ſcenis quoque neſcio an ſit corruptela vitio
Nam & comicæ fabulæ de ſtupris virginum loqu
aut amoribus meretricum, & quò magis ſunt eloque
tes, qui flagitia illa finxerunt, eò magis ſententiar
elegantia perſuadent, & facilius inhærent audien
memoriæ verſus numeroſi, & ornati. Item tragicæ h
ſtoriæ ſubijciunt oculis parricidia, & inceſta Regu

malorum

malorum, & cothurnata ſcelera demonſtrant. Hiſtrionũ quoque impudiciſſimi motus, quid aliud, niſi libidines docent, & inſtigãt? quorum eneruata corpora, & in muliebrem inceſſum habitumq́ue mollita, impudicas fœminas inhoneſtis geſtibus mentiuntur. Quid de mimis loquar corruptelarum præferentibus diſciplinam? qui docent adulteria, dum fingunt, & ſimulatis erudiunt ad vera? Quid iuuenes, aut virgines faciant, cùm & fieri ſine pudore, & ſpectari ab omnibus libenter cernunt? Admonentur vtique quid facere poſſint, & inflammantur libidine, quæ aſpectu maximè concitatur; ac ſe quiſque proſecto in illis imaginibus præfigurat, probantque illa dum rident, & adhærẽtibus vitiis corruptiores ad cubicula reuertuntur: nec pueri modò, quos præmaturis vitiis imbui non oportet, ſed etiã ſenes, quos peccare iam non decet, in talem vitiorum ſemitam dilabuntur. Circenſium quoque ludorum ratio, quid aliud habet, niſi leuitatem, vanitatem, inſaniam? Tanto namq́ue impetu concitantur animi in furorem, quanto illic impetu curritur, vt iam plus ſpectaculi exhibeant, qui ſpectãdi gratia veniũt, cùm exclamare, & efferri & exilire cœperũt.

Libido aſpectu maximè concitatur.

Vitanda ergo ſpectacula omnia, non ſolùm ne quid vitiorum pectoribus inſideat, quæ ſedata, & pacifica eſſe debent, ſed ne cuius voluptatis nos cõſuetudo deliniat, & à Deo, atq; à bonis operibus auertat. Quare rectè in concilio Laodicẽſi ſtatutũ fuit [a]: nõ oportere miniſtros altaris, vel quoſlibet clericos ſpectaculis aliquibus, quæ aut in nuptiis, aut ſcenis exhibentur intereſſe. Quod & in cõcilio Senonenſi eiſdem cautum, & prohibitũ eſt [b]. Et in cõcilio Agathẽſi ſancitũ fuit [c]; vt presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, vel deinceps, quibus ducẽdi vxores licentia modo nõ eſt, etiã aliarũ nuptiarũ euitent cõuiuia; nec his cœtibus miſceantur, vbi amatoria cantantur, & turpia, aut obſcœni motus corporũ choreis & ſaltationibus efferuntur, ne auditus, & obtuitus ſacris miniſteriis deputati, turpiũ ſpectaculorum atq; verborũ contagione polluantur. Nam auriũ voluptas, quæ ex vocũ, & cantuũ ſuauitate percipitur, tam eſt vitioſa, vt Lactantius inquit [d], quàm oblectatio oculorum. Quis enim nõ luxurioſum, ac nequã putet eum, qui ſcenicas artes do-

Cur vitandæ ſint ſpectacula.

a *cap. 54. & c. non oportet. de cõſecrat. diſt. 5.*
b *cap. 25. tit. de decret. mor.*
c *cap. 39. & c. presbyteri. diſt. 34*

Clerici nuptiis, vel aliis conuiuiis, vbi choreæ fiunt, vel amatoria cantãtur, intereſſe nõ debent.

d *lib. 6. diuinar. inſtitut. cap. 21.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mi habeat? Atqui nihil refert vtrúmne luxuriam ſo
domi, an cum populo exerceas in theatro. Et quid
vt D. Cyprianus ait[a], in nuptiis locus eſt, cui animus
nuptias non eſt?

a in tract. de habitu virgi.

Sed iam de ſpectaculis dictum eſt, reſtat vnum qu
eſt nobis expugnandum, ne capiamur iis quę ad ſenſ
intimum penetrant. Nam illa omnia, quæ verbis c
id eſt, aëris & neruorum ſuaues ſoni poſſunt facile c
temni, quia non adhærent nec ſcribi poſſunt. Carm
autem compoſitum, & oratio cum ſuauitate decipi
capit mentes, & quo voluerit, impellit. Inde hom
literati, cùm ad Dei religionem acceſſerint ab ali
imperito doctore fundati minus credunt. Aſſueti m
dulcibus & politis, ſiue orationibus ſiue carminibus, d
uinarum literarum ſimplicem, communemque ſerm
nem pro ſordido aſpernantur. Id enim quærunt, qu
ſenſum mulceat. Perſuadet autem quicquid ſuaue &
animo penitùs, dum delectat, inſidet. Num igitur De
& mentis, & vocis, & linguæ artifex diſertè loqui
poteſt? Imò verò ſumma prudentia, carere fuco v
ca, quæ diuina ſunt, vt omnes intelligerent, qu
omnibus loquebatur. Ergo qui veritati ſtudet, qu
vult ſeipſum decipere, abijciat inimicas, ac noxias v
luptates, quæ animā ſibi vinciant, vt corpus cibi dul
præferantur vera falſis, æterna breuibus, vtilia iucundis.
Nihil aſpectu gratum ſit, niſi quod piè, quod iuſte fi
videas; nihil auditu ſuauè, niſi quod alit animam, m
lioremque te reddit. Maximeque hic ſenſus non eſt
vitiū detorquendus, qui nobis ideo datus eſt, vt doctri
nam Dei percipere poſſemus. Itaque ſi voluptas eſt
dire cantus, & carmina, Dei laudes canere, & audire
cundum ſit. Hæc eſt voluptas vera, quæ comes, & ſo
virtutis eſt. Hæc eſt non caduca, & breuis, vt illa qu
appetunt, qui corpori, vt pecudes ſeruiūt, ſed perpe
& ſine vlla intermiſſione delectans. Cuius terminos
quis excèſſerit, nihilque aliud ex voluptate petierit
ipſam voluptatem, hic mortē meditatur: quia ſicut vi
perpetua in virtute eſt, ita mors in voluptate. Qui en
temporalia maluerit, carebit æternis: qui terrena pr
tulerit, cœleſtia non habebit.

Carminis & orationis quāta vis & efficacia ſit.

Cur literati ſacras literas cōtemnant.

Cur ſcripturæ ſimplici ſtylo factæ ſint.

Quid viſui, et auditui debeat eſſe gratum ac ſuaue.

Dei laudes canere & audire iucundum eſt. Voluptas vera quæ ſit.

In virtute vita eſt perpetua: in voluptate mors.

Vt igitur clerici à morte ad vitã perpetuam perduci poſſent, lege patrum cautum illis fuiſſe teſtatur B. Iſidorus[a], vt a vulgari vita ſecluſi, à mundi voluptatibus ſe abſtineant, non ſpectaculis, non pompis interſint, conuiuia publica fugiant; priuata non tantum pudica, ſed & ſobria colant; vſuris nequaquam incumbant; neque turpium occaſiones lucrorum, fraudiſque cuiuſquam ſtudium apperant. Amorem pecuniæ quaſi materiam cunctorum criminum fugiant; ſecularia officia negotiaque abijciant; honorum gradus per ambitionem ne ſubeant; pro beneficiis medicinæ Dei munera ne accipiant: dolos, & coniurationes caueant: odium, æmulationem, obtrectationem, atque inuidiam fugiant: non vagis oculis, non infręni lingua, aut petulanti tumidoq; greſſu incedant, ſed pudorem, ac verecundiam mentis ſimplici habitu inceſſuque oſtendant: obſcœnitatem etiam verborum, ſicut operum penitùs execrentur. Caſtimoniam quoque non violati corporis perpetuò obſeruare ſtudeant; ſenioribus debitam prębeant obedientiam neque vllius iactantiæ ſtudio ſemetipſos attollãt: Poſtremò doctrinæ, lectionibus, pſalmis, hymnis, canticis, exercitio iugiter incumbant. Tales enim debẽt eſſe, qui diuinis cultibus ſeſe mancipãdos ſtudent exhibere, ſcilicet, vt dum ſcientiæ operam dant, doctrinę gratiam populis adminiſtrent Melius nãque eſt, vt D. Clemens inquit[b], Domini ſacerdotiũ paucos habere miniſtros, qui poſſint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant.

a lib. 2. de offic. eccleſiaſt. cap. 2. & c. his igitur. diſt. 23.

Qualis debeat eſſe clericorum conuerſatio.

Pecuniæ amor cunctorum criminum materia eſt.

b in c. tales. diſt. 23. et epiſt. 2. ad Iacob. fratrem Dom.

Melius eſt paucos habere clericos bonos, quã multos inutiles.

Quod ſi eccleſiaſtici, & præſertim Canonici, perſolutis ſe in Eccleſia diuinis officiis, ſtudiis ſanctis occuparentur, neque ignauia, atq; otio torperent; inhoneſtis, & turpibus ludis, & cõpotationibus reſiduum tempus non conſumerent. Quos tamen, vt D. Auguſtinus inquit[c], oportet aſſiduitatem habere legendi, & inſtantiã orandi[d]. Quia vita viri iuſti lectione inſtruitur, oratione ornatur, & aſſiduitate lectionis munitur homo à peccato, iuxta illum, qui dicebat[e]: In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Hæc ſunt enim arma, videlicet lectio, & oratio, quibus diabolus expugnatur. Hæc ſunt inſtrumenta, quibus æterna beatitudo acquiritur.

c referẽte Burchardo lib. 2. decret. cap. 100. et Iuone par. 6. decr. cap. 177.

d Cyprian. lib. 1. epiſt. epiſt. 2. in fin.

e Pſal. 118.

Arma quibus diabolus expugnatur, et beatitudo acquiritur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ritur. His armis vitia comprimuntur; his alimentis
tutes nutriuntur. Sed ſi quando à lectione ceſſa
bet manuum operatio ſubſequi; quia otioſitas in
Otium inimicum eſt animę. eſt animæ: & antiquus hoſtis, quem à lectione,
oratione vacantem inuenerit, facilè ad vitia r
vſum namq; lectionis diſcetis qualiter & vos
& alios doceatis. Per vſum orationis, & vobis,
quibus in charitate cõiuncti eſtis, prodeſſe vale
manuum operationẽ, & corporis macerationẽ,
alimẽta negabitis; & veſtris neceſſitatibus ſub
& habebitis vnde neceſſitatem patientibus porrig

Pius verò 5 Papa decretorũ concilij Tridẽtin
uator, & executor diligẽtiſſimus, ad extirpand
fligandũ ſupra commemoratos clericorum ex
a ſua conſt. an. Dn. 1566. vitia, inter alia cauit, & edixit[a]; vt clerici, quos
Clerici debent eſſe angelis & hominibus ſpectaculum. Chriſtũ ſpectaculũ fieri oportet mũdo, angelis,
nibus, maximè debeãt ab iis ſpectaculis, quę C
ſapiũt abſtinere, et ne comœdias, fabulas, chor
ludia, aut ludicrũ, & profanũ vllũ ſpectaculi ge
vel ſpectent: Ne talis, teſſeris, pagellis pictis, &
alea, aut vllo præterea vetito, aut indecoro lud
ludãt, néve huiuſmodi ludi ſpectatores ſint: Ne
ſationibus aut minus honeſtis cõuiuiis interſint,
nasq; aut tabernas ne ingrediãtur, niſi longioris
cauſa. Imò vſque adeò honeſtatis, & ſobrietatis
b in d. ſua conſtitu. fuit dictus Pius 5 Papa, vt clericis prohibuerit[b],
quã propinẽt, aut prouocati ad bibendũ reſpond
ſobriè & caſtè ex doctrina Apoſtoli viuãt: Ne
nobiles affectẽtur, néve officij cauſa ſtent circũ
illis accũbentibus. In famulatu verò eccleſiaſtic
ſonarum vilia officia, aut opera, quę clericali de
conueniãt, minimè faciãt. Quicũq; in iis, quæ
hibita ſunt deliquerit pręter mulctã 25 aureo
gula delicta exigendã, et in pios vſus erogandã,
priuatione beneficij, & graui[9] etiã pro perſonę
ne, & facinoris, ac flagitij modo plectẽdos eſſe

Anne ſcholares eorũmque magiſtri ludos ſcenicos
agere poſſint. CAP. XXII.

An ludimagiſtri eorũve diſcipuli comœdias alióſve ludos ſcenicos agere poſſint. VErùm ſi quis interroget, anne ludimagiſtri
ſint per diſcipulos ſuos comœdias, et trag
alióſve ludos ſcenicos agere. Huic reſpon

videtur, ꝙ ſi prędicti ludimagiſtri, eorũve diſcipuli clericali tõſura inſigniti ſint, eos nõ poſſe, vt ꝑ ſupradicta patet, niſi ludi pij & ſacri ſint. Quia iure canonico expreſſe cautũ eſt: vt clerici mimis, ioculatorib⁹, & hiſtrionibus nõ intẽdãt. c. clerici de vita & honeſt. Verũ ſi diſcipuli nõ ſint tõſurati, nec illis quidẽ permittendũ hoc videtur, prę ſertim ſi laſciui vel prorſus profani ſint, cùm ab illis Chriſtiana religio eos prohibeat. Nã cũ paruuli, ꝗ ſuccreſcẽtes in maiorũ ſuorũ locũ in reipublicę, tã eccleſiaſticę, ꝗ ſecularis adminiſtratione ſuccedãt, et cõſequẽs ſit ab ipſis prauè ac nequiter inſtitutis reipub. perniciẽ imminere, idcirco ſummoperè refert, vt pueritia, ꝗ ſeminariũ & ſeges eſt omniũ rerũ publicarũ, in timore Dei, verecũdia, pudicitia, ac bonis diſciplinis edoceatur, prout ſupra ex SS. Cõcilio Tridẽt. demõſtratũ fuit. D. enim Cypr.[a] cõſultus quid ſibi videretur de hiſtrione quodã, an talis deberet cõmunicare cũ catholicis, qui adhuc in eiuſdẽ artis ſuæ dedecore perſeuerabat; reſpõdit his verbis: Puto ego nec maieſtati diuinæ, nec euangelicæ diſciplinæ cõgruere, vt pudor, & honor eccleſiæ tã turpi, & infami cõtagione fœdetur. Nã cùm in lege[b] prohibeãtur viri induere muliebrẽ veſtẽ, & maledicti eiuſmodi iudicẽtur, quãtò maioris eſt criminis, nõ tantũ muliebria indumenta accipere, ſed & geſtus quoq; turpes, & molles, & muliebres magiſterio impudicæ artis exprimere? Nec excuſet ſe quiſpiã, ſi à theatro ipſe ceſſauerit, cùm tamẽ hoc cæteros doceat. Non poteſt enim videri ceſſaſſe, qui vicarios ſubſtituit, & qui pro ſe vno plures ſuccedaneos ſuggerit cõtra inſtitutionẽ Dei, erudiens & docẽs, quẽadmodũ maſculus frãgatur in fœminam, & ſexus arte mutetur, & diabolo diuinũ plaſma maculãti per corrupti, atque eneruati corporis delicta placeatur. Quodſi penuriã talis, & neceſſitatẽ paupertatis obtẽdit, poteſt inter cęteros, qui alimẽtis eccleſię ſuſtinẽtur, huius quoq; neceſſitas adiuuari; ſi tamẽ cõtentus ſit frugalioribus, & innocẽtibus cibis. Nec putet ſalario ſe eſſe redimendũ, vt à peccatis ceſſet, quãdo hoc nõ nobis, ſed ſibi pręſtet. Cęterũ quãtũ vult inde quęrat. Qualis quęſtus eſt, qui de cõuiuio Abrahę, Iſaac, & Iacob, & homines rapuit, & malè ac perniciosè in ſeculo ſaginatos ad æternæ famis, ac ſitis ſupplicia deducit? Et ideo

quantum

a lib. 1. epiſt. epiſt. 10.
An hiſtrio cõmunicare poſſit cũ Catholicis.

b Deutero. 22.
Viri muliebrẽ veſtem induere non poſſunt.

Cur nõ ſit quis ſalario redimẽdus vt à peccatis ceſſet.

quantum potes eum à prauitate, & dedecore ad
innocentiæ, atque ad ſpem vitæ ſuæ reuoca, viſtu
tentus eccleſiæ ſumptibus parcioribus quidem,
lutaribus.

Et idem alibi de huiuſmodi ludis ſcenicis, & ſpe-
a lib. 2. epiſt. epiſt. 2. culis publicis ſcribens[a]: In theatris, inquit, con-
Mala ex ludis ſcenicis prouenientia. quod tibi & dolori ſit, & pudori. Cothurnus e
cus priſca facinora carmine recenſere. De parric
incœſtis horror antiquus, expreſſa ad imaginé ve
actione replicatur, ne ſeculis tranſeuntibus exci
quod aliquando commiſſum eſt. Admonetur o
ætas, auditu, fieri poſſe, quod aliquādo factum eſt.
quam æui ſenio delicta moriuntur, nunquam cr
temporibus obruitur; nunquam ſcelus obliuione
tur. Exempla fiunt, quæ iam eſſe facinora de
Tunc delectat in minus turpitudinum magiſter
quid domi geſſerit recognoſcere, vel quid ge
audire. Adulterium diſcitur, dum videtur, & len
ad vitia publicæ auctoritatis malo, quæ pudica
ad ſpectaculum matrona proceſſerat, de ſpectac
uertitur impudica.

Adhuc deinde morum quanta labes, quæ prob
Hiſtrionicis geſtibus inquinantur omnia. fomenta, quæ alimenta vitiorum hiſtrionicis ge
inquinari? videre contra fœdus, iuſque naſcendi
tiam incœſtæ turpitudinis elaboratā? Eiurantur
omnis honor, & vigor ſexus eneruati corporis
core emollitur, pluſque illic placet, quiſquis v
fœminam magis fregerit. In laudem creſcit ex c
& eo peritior, quo turpior iudicatur. Spectatur
nefas, & libenter; quid non poteſt perſuadere,
eſt? Mouet ſenſus, mulcet affectus, expugnat b
ctoris conſcientiam fortiorem; nec deeſt prob
dientis auctoritas, vt auditu molliore pernicies
nibus obrepat. Exprimit impudicam Venerem
rium, Martem, Iouem illum ſuum non magis
quàm vitiis principē in terrenos amores cum
fulminibus ardentem, nunc in pluuias oloris al
nunc aureo imbre defluere; nūc in puerorum pub
tium raptus miniſtris auibus proſilire. Quære iam
an poſſit eſſe, qui ſpectat, integer, & pudicus, cum

ſuos, quos venerantur, imitātur. Fiunt miſeris & delicta religioſa. O ſi & poſſis in illa ſublima ſpecula conſtitutus oculos tuos inſerere ſecretis, recludere cubiculorū obductas fores, & ad conſcientiam luminum penetralia occulta reſerare, aſpicias ab impudicis geri, quod nec aſpicere poſſit frons pudica: Videas quod crimen ſit & videre, videas quod vitiorum furore gementes geſſiſſe ſe negant, & gerere feſtinãt. Libidinibus inſanis in viros viri proruunt. Fiunt, quæ nec ipſis, nec illis poſſunt placere, qui faciūt. Mentior, niſi alios, qui talis eſt, increpat; turpis turpes infamat, & euaſiſſe ſe conſciū credit, quaſi conſcientia ſatis non ſit: iidem in publico accuſatores, in occulto rei, in ſemetipſos cenſores pariter, & nocentes. Damnant foris quod intus operantur; admittunt libenter, quod cùm admiſerint, criminantur. Audacia prorſus conuitiis fauens, & impudentia congruens impudicis. Nolo mireris, quæ loquūtur huiuſmodi ore illo polluto. Quicquid iam voce delinquitur minus eſt, ſed tibi poſt inſidioſas vias, poſt diſperſas orbe toto multiplices pugnas; poſt ſpectacula vel cruēta, vel turpia; poſt libidinum probra, vel lupanaribus proſtituta, vel domeſticis parietibus obſepta, qu[illegible]um quo ſecretior culpa, maior audacia eſt. Deinde in œcumenica Synodo ſexta, quæ fuit Conſtantinopolitana 3, ſtatutum eſt [a]: Vt nullus vir muliebri veſte induatur, nec mulier veſte viro conueniente, ſed nec Comicas, nec Tragicas, nec Satyricas perſonas induant. Qui ſecus fecerit, ſi clerici ſint, deponantur; ſi laici, ſegregentur à communione.

Quare piè & rectè à prouinciali Synodo Mechlinieñſi ſtatutum fuit [b], vt illi auctores, qui per gentilitatem, aut turpes amores iuuenum mores corrumpere poſſent, à ſcholis arceantur. Et [c] vt non ſolum è templis, & locis ſacris, verumetiam è domibus, & hortis eccleſiaſticorū tollantur imagines, ſculpturæ, aulæa, quæ gentilitatem, aut mendaces ethnicorum fabulas, ſatyrorum, faunorū, ſyrenarum, terminorum, & Nympharum, ac id genus alia repræſentant. Similiter quæcumque figuræ laſciuę, procaces, & ob pudendam nuditatem vel alias tam obſcenæ, vt pias mentes offendant: vel ſuperſtitioſæ, quæ fidelium mentes à religione, & deuotione diſtrahunt,

& ſæpius

a can. 62. Vide conſtitut. de ſanct. epiſ. §. penul. in authēt. & Sum. Syluestri in verb. ars. verſ. 7. & in verb. ludus. §. 7. & Panor. in c. cū decorem. de vita & honeſt.

b tit. de ſchol. cap 3.

c tit. de imaginib. cap. 1. & 3. & d. Synod. Constanti. 3. can. 100.

& ſæpius grauiter offendunt. Et ſi clerici poſt pu
tionem dicti concilij prędictas imagines infra tri
è ſuis domibus non eiecerint, Epiſcoporum eſt cu
vt contra illos ad condignam punitionem proce
Turpem etiam illum abuſum in quibuſdam freque
tum eccleſiis; quo in certis anni celebritatibus no
cum mitra, baculo ac veſtibus pontificalibus more
ſcoporum benedicunt: alij vt Reges ac duces in
(quod feſtum fatuorum, vel innocẽtium ſeu puer
in quibuſdam regionibus nuncupatur) alij larua
theatrales iocos: alij choreas ac tripudia mari
mulierum facientes, vt homines ad ſpectacula &
chinnationes moueant: alij comeſſationes & con
ibidem præparant. Hæc ſancta Synodus Baſilienſis
a cap. 25. teſtans [a], ſtatuit & iubet tam ordinariis quàm eccle
rum Decanis & rectoribus ſub pœna ſuſpenſionis
nium prouentuum eccleſiaſticorum trium menſi
tio, ne hæc aut ſimilia ludibria, neque etiam merca
ſeu negotiationes nundinarum in eccleſia, quæ do
orationis eſſe debet, & etiã in cœmiterio exerce
plius non permittant. Tranſgreſſoresque per cen
eccleſiaſticam aliaque iuris remedia punire non
gant. Omnes autẽ conſuetudines, ſtatuta, aut priuil
quæ in his non concordant decretis (niſi forte ma
adijcerent pœnas) irrita eſſe hæc ſancta Synodus
uit. huc pertinet c. cum decorem, & quæ ibidem
Hoſtienſis & Panor. & alij. de vita & honeſt. cler

Et quoniam piè introducta conſuetudo repræſen
populo venerãdam Chriſti Domini paſſionem, & g
rioſa martyrum certamina, aliorumque ſanctorum
geſtas, hominum peruerſitate eo deducta eſt, vt m
offenſioni, multis etiam riſui, & deſpectui ſit,
concilio prouinciali Mediolanẽſi ſtatutum eſt anno
b parte 1. tit. de actionib. 1566 [b], vt deinceps Saluatoris paſſio, nec in ſacro
in profano loco agatur, ſed doctè & grauiter
concionatoribus exponatur, vt, qui ſunt vberes
num fructus, pietatem & lachrymas commoue
toribus, quod adiuuabit propoſita crucifixi Salua
imago, cæterique pij actus externi, quos eccleſiæ p
tos eſſe Epiſcopus iudicabit, Item Sanctorum ma
& ali

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& actiones ne agantur; ſed ita piè narrentur, vt auditores ad eorum imitationem, venerationem, & inuocationem excitentur. Si quis perſonatus veſtes clericales, aut monachales, vel ad eorum formam induerit; & is, qui eas aſſumpſerit, & is, qui accommodarit, graues pœnas ſubeant. Fabulis, comœdiis & haſtiludiis, aliiſve profanis & inanibus ſpectaculis non interſint; ne aures & oculi ſacris officiis addicti, ludicris & impuris actionibus, ſermonibuſque diſtracti polluantur [a].

a part. 2. tit. de cleric. veſtitu. et tit. de armis, ludis & ſpectac.

De hoſpitalitate.

CAP. XXIII.

D. Ambroſius ad clericos ſuos de officiis honeſtatem inducentibus ſcribens [b]: Commendat, inquit, pleroſque etiam hoſpitalitas. Eſt enim publica ſpecies humanitatis, vt peregrinus hoſpitio non egeat, ſuſcipiatur officioſe, pateat aduenienti ianua. Valde id decorum totius eſt orbis exiſtimatione, peregrinos cum honore ſuſcipere; non deeſſe menſæ hoſpitalis gratiam; occurrere officiis liberalitatis; explorare aduentus hoſpitum. Quod Abrahæ laudi eſt datum, qui ante ianuam ſuam ſpeculabatur, ne fortè præteriret peregrinus aliquis, & diligenter prætendebat excubias, vt occurreret, vt præueniret, vt rogaret, ne tranſiret hoſpitem, dicens: Domine, ſi inueni gratiam ante te, ne prætereas puerum tuum. Et ideo pro hoſpitalitatis mercede fructum poſteritatis accepit [c]. Loth quoque nepos eius non ſolum genere, ſed etiam virtute proximus propter hoſpitalitatis affectum Sodomitana à ſe ſuiſq; ſupplicia detorſit [d]. In officiis autem hoſpitalibus, omnibus quidem humanitas impartienda eſt; iuſtis autem amplior deferenda honorificentia. Quicumque enim iuſtum receperit in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet, vt Dominus pronuntiauit [e]. Tanta autem eſt apud Deum hoſpitalitatis gratia, vt ne potus quidem aquæ frigidæ à præmiis remunerationis immunis ſit. Vides quia Abraham Deũ recepit hoſpitio cùm hoſpites quęreret? Vides quia Loth angelos ſuſcepit? Qui ſcis an & tu, cum hominem ſuſcipis hoſpitẽ, ſuſcipias Chriſtũ? Licet in hoſpite ſit Chriſtus, quia Chriſtus in paupere eſt, ſicut ipſe ait [f]: In carcere eram, & veniſtis ad me; nudus eram, & operuiſtis

b lib. 2. offic. cap. 21.

c Geneſis 18.

d Geneſ. 19.

e Matth. 10.

Magna eſt apud Deum hoſpitalitatis gratia.

Chriſtus eſt in hoſpite.

f Matth. 25.

ruiſtis me. Suaue eſt igitur non pecuniæ, ſed grati[a]
dere. Verum non prodigos nos docet eſſe ſcriptura
liberales.

Duo ſunt largitatis genera.

Largitatis enim duo ſunt genera; vnum liberal[e]
alterum prodigæ effuſionis. Liberale eſt hoſpitio
pere, nudum veſtire, redimere captiuos, non hab[entes]
ſumptum iuuare. Prodigum eſt ſumptuoſis effun[dere]
uiuiis, & vino plurimo. Vnde legitur [a]: Prodig[a]
vinum, & contumelioſa ebrietas: prodigū eſt popu[laris]
fauoris gratia exinanire proprias opes; quod faciu[nt]
ludis Circenſibus, vel etiam theatralibus, & mun[eribus]
gladiatoriis, vel etiam venerationibus patrimon[ium]
dilapidant ſuum, vt vincant ſuperiorum celebrit[atem]
cùm totum illud ſit inane quod agūt. Quando[quidem]
etiam in bonorum operum ſumptibus immode[ratum]
eſſe non decet. Pulchra liberalitas erga ipſos qu[am]
peres menſuram tenere, vt abundes pluribus, [con-]
ciliandi fauoris gratia vltra modum fluere. Qu[od]
ex affectu puro, ac ſincero promitur, hoc eſt dec[et]
non ſuperfluas ædificationes aggredi, nec prætern[ittere]
neceſſarias. Et maximè ſacerdoti hoc conuenit, [ut]
Dei templum decore congruo, vt etiam hoc cult[u]
Domini reſplendeant, impenſas miſericordiæ con[ue-]
nientes frequentare, quantum oporteat largiri pere[grin-]
nis: non ſuperflua, ſed competentia; non redun[dantia,]
ſed congrua humanitati; ne ſumptu pauperum à r[...]
ſibi quærat gratiam, ne reſtrictiorem erga clericos [...]
indulgentiorem ſe præbeat. Alterum enim inhum[anum,]
alterum prodigum; Si aut ſumptus deſit neceſſa[rio-]
rum, aut voluptati ſuperfluat.

a Prouerb. 20.

In bonis, et piis operibus ſeruāda menſura eſt.

Ornatus tēplorum à quibus, & quom do fieri debeat.

Et eò magis infirmo, ac inopi nos ſtudere con[...]
quia pro eo, qui non habet remunerationem, ſp[...]
à Domino IESV, qui ſub ſpecie cōuiuij generali[...]
tutis edidit formam, vt his potius noſtra cōfer[amus be-]
neficia, qui nobis ea non poſſunt repræſentare, [...]
Ad conuiuium atque epulas non eos qui diuite[s ...]
ſed pauperes inuitandos. Diuites enim rogari vide[ntur]
vt ipſi quoq; nobis reddant conuiuium. Pauperes [...]
non habent quod reſtituant, cum acceperint remu[nera-]
torem nobis faciunt Dominum, qui ſe pro pauper[e ob-]
ligau[it]

b Lucæ 14. cap.

ligandum obtulit. Ad ipſum quoq; ſeculi vſum collatio beneficij facta in pauperes magis quã in locupletes plus iuuat; quia diues dedignatur beneficium, & pudet eum debitorem eſſe gratiæ. Quinetiam id quod collatum eſt ſibi meritis ſuis arrogat, quod velut debitum acceperit, vel ideo datum ſit eo quod is, qui dedit reddendum ſibi à diuite vberius exiſtimauerit. Ita in accipiendo beneficio, eo ipſo quod acceperint diuites, dediſſe ſe magis, quàm accepiſſe exiſtimant. Pauper verò etſi non habet vnde reddat pecuniam, refert gratiam. In quo certũ eſt, quod plus reddat, quàm acceperit. Pecunia enim nũmo ſoluitur; gratia nunquã exinanitur. Reddendo vacuatur pecunia, gratia autem & habendo ſoluitur, & ſoluendo retinetur. Deinde quod diues refugit, pauper fatetur, quod ſit obligatus debito, ſibiq́ue ſubuentum, non honori ſuo delatum putat: donatos ſibi arbitratur filios, vitam redditam, ſeruatã familiam. Quantò igitur melius apud bonos, quàm apud ingratos locare beneficiũ a?

Cur beneficia diuitibus dãda non ſint.

Cur pauperi benefaciendũ ſit.

Vnde D. Baſilius docens quæ ratio tenenda ſit in accipiendis hoſpitibus b: Iam, inquit, cùm inanis gloria, & humani fauoris captatio, & quælibet prorſus in quacumque re oſtentatio interdicta Chriſtianis hominibus ſit (quando qui ipſa etiam mandata idcirco exequitur, vt ſpectetur ab hominibus, eaq́ue re apud illos in gloria ſit, debitam alioqui ſtudio illi mercedem amittit) mirabiliter quælibet fugienda inanis gloriæ ſignificatio. Sed quoniam videmus eos, qui in ciuili vitę genere verſantur, humilitatem paupertatis fugere, veluti rem ignominioſam, ob eamq́ue cauſam, quotieſcumque aliquis ipſis ſuſcipiendus hoſpes ſit, epularum & copiam, & magnificentiam ſtudioſius conſectari equidem metuo, ne ad nos quoq; furtim iſtiuſmodi peſtis inſinuet, néve planè ij eſſe conuincamur, quos tantoperè cõmendatæ à Chriſto paupertatis pudeat. Vt igitur ſi vaſa argẽtea vel ue purpura prætexta, aut mollia ſtragula, & pellucida amicula foris accerſita comparemus, ex decoro id non eſſet; ſic indecorum prorſus fuerit, ſi noua & à communi victus noſtri ratione longè abhorrentia eſcarum genera excogitare velimus. Illud enim circumcurſare nos, vt ea perueſtigemus, quæ non ad neceſſariũ

a *Ambroſ. lib. 2. offic. cap. 25.*

b *lib. de quæſtion. fuſ. diſput. quæſt. 20. & 21.*

Quælibet inanis gloriæ ſignificatio fugiẽda.

Indecorum eſt clericis, cauſa hoſpitalitatis à cõmuni victus ratione recedere.

T vitæ

Indulgẽtior deliciarum luxus damnandus ac fugiendus eſt.

In hoſpitibus diſcretio perſonarum habẽda non eſt, quo ad menſæ apparatum.

vitæ vſum requiruntur, ſed ad explendam miſeram
bidinem, ambitionemq́; anxiè ſolita ſunt inueniri, p
terquam quod fœdũ, ac turpe eſt, & ab inſtituto n
alienum, exemplo etiam apprimè nocet, quãdo vi
cet qui luxu diffluunt, ac deliciis, ac vitam beatam
tris voluptatibus finiunt, nos quoque in earundem
rum, quibus inhiant curis, ſolicitudinibuſque v
animaduertunt. Si enim res damnanda ac fugiend
dulgentior ille eſt deliciarum luxus, nullo eas pacto
plecti, ac deligere debemus. Siquidem de iis, quæ
cata ſunt praua, nullo vnquam tempore videri
debet aliquid expediens, & commodum.

Quid ergo nobis cum apparatibus ſumptuoſis? A
ceſſit ad nos hoſpes aliquis? Si frater eſt, & idem
cum vitæ inſtitutũ habet, is domeſticam ſuam
agnoſcet; quippe cũ quę domi reliquerit, ea inue
ſit apud nos. At defatigatus ex itinere? Eatenus c
prolixius, liberaliúſve agatur, quatenus ad recre
eius laſſitudinem ſit ſatis. Acceſſit alius à cõmu
garíque viuendi conſuetudine? Hic diſcat ex fa
ratio illi perſuadere nõ potuit: formulam & adm
tionẽ hinc mutuetur vitæ frugalioris. Inſideant in
animo monumenta, quæ ipſi memoriã excitent
Chriſtianorum, neq; pudendæ propter Chriſtũ,
tatis. Quod ſi his minimè ille permouebitur, ac p
ridiculo habebit, prorſus iterũ nobis moleſtus n
Verumenimuerò nos quandocumque diuites
animaduertimus, ex iis, qui ſummum bonum in v
ptatibus ponunt, vehementer admodum illorum
dolemus, deploramuſque, quod totum vitæ temp
futilibus, ac nullius pretij rebus conſumant, ne
voluptates ſuas, Deum ſibi ſuum conſtituerunt,
ſentiunt, vt partem bonorũ ſuam in hac vita rec
& per haſce delicias ad ſibi paratum ignem, & a
ſtuantiſſimum ardorẽ hinc emigrẽt. Quod ſi futu
vt nos quoq; in iiſdẽ, in quibus ipſi criminibus
& ea, quæ voluptuaria ſunt, inquiramus, & ad o
tionem ea apparemus, equidẽ metuo, ne quæ de
mus, ea ædificare videamur, illis etiam eiſdẽ rebus
quas cæteros iudicamus, nempe quorũ vita aſſim

ſis, qui videlicet modò in hanc, modò in illam formam pro varia temporum ratione tranſeamus, niſi fortè veſtitus etiam demutandus nobis ſit, quotieſcumq; caſus tulerit, vt in ſuperbos, ac faſtidio elatos aliquos incidemus. Quodſi hoc facere minus inſtituto noſtro conueniat, illud certè multò ab honeſto alienius, ſi ob iſtos delicatulos à menſæ noſtræ ſolito ritu receſſerimus.

Pro varia tẽporum ratione neque menſa, neque veſtitus à clericis mutari debet.

Conſtans, atque vnius modi eſt vita germanè Chriſtiani, eaque vnum modum ſibi propoſitum habet gloriam Dei. Siue enim manducatis, ſiue bibitis, omnia ad gloriam Dei facite. Verba Pauli ſunt hæc [a], ex cuius ore Chriſtus loquebatur; contraque, eorum, qui à vera pietate ſunt alieni, inconſtans, ac varia; nempe quæ ſeſe modo in hanc; modo in illam formam per ſimulationẽ tranſmutet, & ad illorum quibuſcum eſt libidinem accommodet. Quamobrem tu quoque cum & largiore epularum copia, & exquiſita nimis in illis ad voluptatem apparandæ ſolertia in fratre accipiendo menſæ tuę ſolitum ritum immutas, ſine controuerſia ipſum veluti hominem voluptatibus deditum accuſas, & apparatu illo ei contumeliam infligis, nimirum qui ventris illi libidinem obijcias. An nõ ſæpenumerò & genere ipſo & modo apparatus animaduerſo coniecturã conſueuimus facere, quis, aut cuiuſmodi ille ſit, qui expectetur. Porrò aliis rebus eſt opus, pro diſſimilitudine videlicet naturæ, corporis cuiuſque, & propoſitæ rei gerendæ neceſſitate. Siquidem huic largiore & validiore opus eſt cibo propter defatigationẽ laboris; illi cõtra tenuiore, leuioreque, & ad corporis ipſius imbecillitatẽ accõmodato.

Gloria Dei in omnibus noſtrũ debet eſſe propoſitum.

a 1. Corint. 10. Coloſſ. 3.

In communi autem hoc ſtatuendum eſt, vt cibaria, quę promiſcuè omnibus apponãtur, eiuſmodi ſint, quę tum vili pretio, tum paruo etiã negotio apparẽtur. Adhibenda tamen in menſa neceſſario vbiq; munditia eſt, atque elegantia, ita tamen, vt nunquam extra fines noſtros egrediamur. Atq; hoc vnum in acceptione hoſpitum noſtra ſpectemus modò, vt eorum cuiuſque, quos accepimus neceſſitati ſatisfiat: Qui enim vtũtur, hoc modo, inquit [b], ſint tanquã non abutẽtes. Porrò abuſus nihil eſt aliud, quàm ſumptus ille, qui vltra neceſſariũ viſum ſit. Loci autem in accubatione aſſignationem arbitrio

Qualia debeãt eſſe cibaria hoſpitibus apponenda.

In menſa adhibenda mũditia atque elegãtia eſt.

b 1. Corint. 7.

Abuſus in mẽſa quis ſit.

Quę ratio ſeruada ſit in accubatione.

arbitrio permittamus illius apud quem ſumus; ſi
a *Luc.14.* Dominus etiam videtur admonuiſſe, quādo dixit[a] per
tinere ad patremfamilias huiuſcemodi locorum diſtri
butionem. Hoc enim modo & inter nos viciſſim ſu
portabimus in charitate, honeſtè omnia, & ſecund
b *1.Corint.14.* ordinem facientes[b], & illud demonſtrabimus ord
vehementi, atque obſtinata de accūbendo contentio
neutiquam nos oſtentationis, aut captandæ cauſa glo
popularis humilitatem conſectari. Quin cedēdo pot
parendoque ad veram humilitatē perueniemus. Q
do maius ſuperbiæ ſignum eſt nimis præfractè cont
dere, quàm principem locum in ſubſelliis tenere, q
documque id facere iuſſi obtemperemus. Si vulgar
communis vitæ ſint, qui nobiſcum accumbant, c
nobis ſedulò opera eſt, vt in hac etiam parte ex
noſtro illi diſcant ſe intra modeſtiæ fines contine
que prima ſubſellia appetere, memores perpetuò
c *Matth.20. Marci 10. & Lucæ 22.cap.* quod Chriſtus diſcipulis ſuis dixit[c]: Quicumq; vo
rit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter; & qui
luerit inter vos primus eſſe, erit omnium ſeruus. N
& filius hominis non venit vt miniſtraretur ei, ſ
miniſtraret. Nam quis, inquit, maior eſt qui recum
an qui miniſtrat, nónne qui recumbit? Ego autem
medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat.

d *in cap. 20. Mat. Hom. 66.* Vnde D. Ioannes Chryſoſtomus[d]: Nullo, inquit
cto metuas, quaſi tollatur honor tuus, ſi teipſum hu
liaueris; Hinc enim vel ad cœlos vſque gloria tua p
tranſit, hinc amplior, atque præſtantior redditur, h
regni ianua tibi aperitur. Si verò voluerimus m
atque mirabiles videri, non modò tales non erimu
rumetiam reliquis omnibus abiectiores futuri ſu
Hac ratione ſanctos viros maximè admiramur, q
cæteris erant excellentiores, eò humiliores ſe ipſo
cebant, qui ad hunc vſque diem in ſublimitate p
ſeuerant, cùm nec mors quidem ipſa magnitud
corum deprimere potuerit. Ad hanc regulam hoſpi
e *in cap 5. ad Timoth. Hom. 14.* tatis, vt idem Chryſoſtomus inquit[e], iura ſeruāda ſu
Noſipſos cuncta inferre oportet officia, vt ipſi ſancti
Hoſpitalitatis iura. cari mereamur, vt benedicantur manus noſtræ; C
enim, non pauperi tribuis. Quis verò ſit adeò infel
crudel

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

erubeſcat manum Chriſto porrigere? Iſtud reuera hoſpitalitas eſt; iſtud verè de amore Dei proficiſcitur. Cæterum ſi ſuperbè cæteris, inferre miniſterium, impe-res, quantalibet hoſpites humanitate foueantur, nequaquam hoſpitalitas ea res eſt. Ingenti nempe hoſpes eget obſequio, & ne ſic quidem ille fiduciā ſumit. Ea quippe rei natura eſt, vt erubeſcat cùm infertur hoſpitalitatis officium, nimioque ad eam tollēdam verecundiam eſt opus obſequio, vt & ſigno, & verbo oſtendamus inter iſta officia beneficium nos non inferre, ſed referre, plúſque longè recipere, quàm demus. In hunc modum ex alacritate noſtra, quod agimus incrementa ſuſcipiet. Sicut enim, qui detrimenti nomine id officium cenſet, omnia perdit, & qui beneficium ſe putat inferre mercedis multum amittit: ita & qui ſe accipere beneficiū, dum exhibet, exiſtimat, fœcūdioribus ſucceſſibus gaudet. Hilarem enim datorem diligit Deus [a]. Gratias magis pauperi debet, qui dignatur accipere. Niſi enim eſſent pauperes, peccatorum difficile ſarcinam poneres; medici illi ſunt vulnerum tuorum, manus eorum tibi medicamenta præſtant: non ita medicus, vt medicamenta imponat, extendens manum, curationē exhibet, vt pauper abs te, vt accipiat porrigens manum. Dediſti pecuniam; &, peccata ſimul exuiſti.

Erubeſcit cui infertur hoſpitalitas.

a 1. Corinth. 9.

Pauperi, qui dignatur accipere, debetur gratia.

Deinde quod hoſpitalitas hæc nō in ſumptuoſa menſa, ſed frugali, & tenui, ac potius in liberalitate mentis, atque corporis alacritate in officiis præſtandis cōſiſtat, idem Chryſoſtomus pulchrè demonſtrat, ſcribens in Geneſim [b], vbi Abrahę, & Loth hoſpitalitatem mirum in modum commendat, & amplificat. Rurſus idem alibi [c]: Nec vitium aliquis ſuum, inquit, ſcripturæ illius authoritate defendat, quæ iubet ſacerdotem hoſpitalem [d] eſſe debere. Hoſpitalitas enim non circa delicioſos cibos, & magnos oſtenditur, ſed circa aſſiduas ſuſceptiones impotentium peregrinorum, vt hoſpitalitas noſtra non ab hominibus laudetur, ſed à Deo cenſeatur. Nam delicioſa conuiuia magis luxuriam accuſant, quàm humanitatem commendent.

b *Hom. 41. in cap. 18. & Hom. 43. in cap. 19.*

c *in 24. cap. Matt. Hom. 51. in opere imperfecto.*

d *1. Timoth. 3. Tit. 1.*

An in hoſpitalitate nulla perſonarum ſit habenda ratio

CAP. XXIIII.

a Chryſoſt. in 18. cap. Geneſ. Hæreticos vel alios malos hoſpitio recipere non debemus.
b in apolog. aduerſ. Ruffin.

ET licet curioſius explorare non debeamus, de his
quos hoſpitio excepturi ſumus, qui, & vnde ve-
niant, notiuè, an ignoti[a]? tamen quos ſcimus eſſe hæreticos
vel malos recipere non debemus. Vnde D. Hierony-
mus[b]: Nobis, inquit, hoſpitalitas cordi eſt, omnes
ad nos venientes læta humanitatis fronte ſuſcipimus.
Veremur enim ne Maria cum Ioſeph locum non i-
niat in diuerſorio, ne nobis IESVS dicat exclu-
Hoſpes eram, & non ſuſcepiſtis me. Solos hæreticos
non ſuſcipimus, quos vos ſolos recipitis. Et Chryſoſto-
mus[c]: Manducare, inquit, & bibere ſacerdotibus non
eſt peccatum, ſed cum ebriis manducare, & bibere
eſt, cum peccatoribus, qui tenebroſorum actuum
ebrij ſunt, & ſic manducare vel bibere, quomodo
illi deſiderant, peccatum eſt. Non enim iubet nos
ptura malorum perſonas abominari, ſed volun-
Nam & Chriſtus cum publicanis & peccatoribus
ducauit[d], ſed non ſic quomodo publicani, & pecca-
res volebant. Quieſcamus autem ab abſurda cura
te, & diabolica, & peremptoria: ſi enim hoſpes
ſe electum eſſe dicat; ſi ſacerdotem ſe nominet,
Non enim ſine periculo in talibus indiſcuſſa commu-
nicatio eſt. Circa maiora periculũ vertitur. Non
das, ſed accipis. Si verò pro nutrimento poſtulat,
his examines; quomodo Abraham hoſpitalem ſe
omnes oſtendebat. Si ſcrutator eſſet circa religio-
ad ſe, nunquam angelos hoſpitio accepiſſet:
enim non putaſſet eos angelos, ſed cum reliquis
ret; ſed quoniam omnes recipiebat, ſuſcepit, & ange-
Non enim ex vita eorum, quos accipis, merced
retributurus eſt Deus, ſed ex voluntate, & honora-
tia multa, & miſericordia, & bonitate. Sed licet
conuiuia deſpicienda non ſint, tamen non in eccleſia
celebrari, nec clericos ad ea conuocatos partem
ſibi tollere oportet[e].

Hæretici pro hoſpitibus non ſunt recipiẽdi.
c in cap. 24. Matt. Hom. 51. in opere imperfecto.
d Luc. 19.
e Chryſoſt. in cap. 6. ad Hebræ. Hom. 11. et c. quieſcamus. diſt. 42.

Hinc & in ſexta Synodo vniuerſali Conſtantinopo-
litana tertia conſtitutum legitur[f]: Admonẽdi ſunt

f cap. 9.

nes, vt hoſpitalitatem diligant, vt nulli hoſpitium præbere detractent. Et ſi cui forte hoſpitium praſtiterint, nullam ab eo mercedem accipiant, niſi forte illi, qui recipiuntur ſpontè aliquid dent. Dicendum quoque eſt illis, qualiter multi per hoſpitalitatis officium Deo placuerunt, dicente Apoſtolo[a]: Hoſpitalitatis nolite obliuiſci. Per hanc enim placuerunt quidam Deo, angelis hoſpitio ſuſceptis. Et iterum[b]: Hoſpitales ſitis inuicem ſine murmuratione. Sciant quicumque hoſpitalitatem amat Chriſtum ſe in hoſpitibus recipere. Nam ille modus hoſpitalitatis non ſolùm inhumanus, ſed etiam crudelis eſt, quo nunquam in domũ hoſpes ante recipitur, niſi prius dandi hoſpitij merces compenſetur. Et quod Dominus agere iuſſit pro perceptione regni cœleſtis, pro acquiſitione terrenarum rerum agatur. Et in concilio Nannetenſi[c]: Vt curam hoſpitum maximè pauperum atque debilium, orphanorum quoque atque peregrinorum habeat presbyter, hos quoq; ad prãdium ſuũ iuxta poſſibilitatem conuocet, eisq́; hoſpitium tribuat. Vt autem omnis rapinæ tollatur occaſio, volumus, vt presbyteri, qui bonum exemplum charitatis omnibus oſtendere debent, hoſpitales exiſtant iuxta dominicum & Apoſtolicum pręceptum, vt humanitatem præbeant iter facientibus, quia per hoſpitalitatem placuerunt quidam Deo angelis hoſpitio receptis. Et Dominus in die iudicij dicturus eſt electis[d]: Hoſpes eram, & ſuſcepiſtis me. Et Iob dicit[e]: oſtium meum ſemper viatori patuit. Et in concilio Matiſconenſi ſecundo[f]: Sectatores hoſpitalitatis nos eſſe non ſolùm Dominus IESVS admonet, cùm ſe dicit[g] in hoſpitem receptum fuiſſe, ſed etiam eius Apoſtolus omnibus pœnè præcepit[h]. Propterea, beatiſſimi fratres, vnumquemq; noſtrum oportet non ſolùm ſemetipſum ad hoc opus aptare; ſed etiã omnium fidelium mentes, vt poſſint apud Deum miſericordiæ operibus pro noſtris peccatis intercedere, & nos ei per veram hoſpitalitatem reconciliari. Si quis ergo noſtrum non admonuerit, aut exemplum exhortationis ſuæ ipſe prius non comprobarit opere indignationem diuinæ proculdubio incurret maieſtatis. Prædicetur hoc noſtræ mediocritatis ſtatutum in auribus

a *Paul. ad Hebr. 13. cap.*
b *Petr. epiſt. 1. cap. 4.*
c *cap. 3. & 5. Iuo par. 6. decret. cap. 257. et 258. Burchard. lib. 2. decret. cap. 166. et 167.*
d *Matth. 25.*
e *cap. 31.*
f *cap. 11.*
g *Matth. 25.*
h *1. Timoth. 3. Tit. 1. 1. Pet. 4.*

omnium Chriſtianorum. Et D. Hieronymus Dam
a c quoniã. 16. q. 1. Papæ ſcribens, dicit [a]: Quicquid habent clerici pau
rum eſt, & domus illorum omnibus debent eſſe com
munes; ſuſceptioni hoſpitum, & peregrinorum inuig
lare debent. Maximè curandum eſt illis, vt de decim
& oblationibus cœnobiis, & xenodochiis qualem
lucrint, & potuerint ſuſtentationem impendant,
tam in pauperibus paupertatem, quàm religionem
b c. fin. 16. q. 1. tendant [b].

B. verò Gregorius Papa Auguſtino Anglorum E
c Beda lib. 1. eccle. hiſt. gẽtis Angl. cap. 27. & c. mos eſt. 12. q. 2. ſcopo reſcribens [c]: Mos, inquit, eſt Apoſtolicę Sedis
dinato Epiſcopo præcepta tradere, vt de omni ſtip
quod accedit, quatuor debeant fieri portiones; vna
delicet Epiſcopo, & familiæ eius propter hoſpitalitatem
atque ſuſceptionem: alia clero; tertia verò pauperibus
quarta Eccleſiis reparandis. Et idem Anthemio ſubdia
d epiſt. 66. lib. 9. & c. volumus. diſt. 89. cono ſcribens [d]: Volumus, inquit, vt frater Paſch
& vicedominum ſibi, & maiorem ordinet domus
tenus hoſpitibus poſſit ſuperuenientibus, vel cauſis
eueniunt, idoneus, & paratus exiſtere. Si verò neg
gentem eum perſpicis, vel ea, quæ dicimus implere
ferẽtem, omnis clerus eius adhiberi debet, vt commu
conſilio Epiſcopi eligantur, quorum perſonę ad ea
prædiximus, valeant ordinari. Quanta autem
Gregorij fuerit hoſpitalitas teſtatur Ioannes diaco
e lib. 2. cap. 22. illius vitam deſcribens [e]: Qui cùm ad menſam
quotidie peregrinos quoſlibet inuitaret, inter illos
quadam vnus acceſſit, in cuius manibus dũ ipſe
militatis miniſterio aquam fundere vellet, conuerſus
vrceam accepit; ſed repente eum, in cuius manibus
quam infundere voluerat, inuenire non potuit. Cum
hoc factum ſecum ipſe miraretur eadẽ nocte Do
Chriſtus in forma hoſpitis à B. Gregorio ſuſceptus. ci per viſionem dixit: Cæteris diebus me in me
meis; heſterno autem die me in memetipſo ſuſcep
Alio quodam tempore idem Gregorius iuxta conſue
tudinem ſuam præcepit ſacellano, vt duodecim pere
nos inuitaret, qui pergens iuſſa compleuit, eosque
menſam pariter ordinauit. Dum autem ſimul diſcu
berent, intuens Papa tredecim numerauit, ac ter
decimum poſtea angelũ eſſe cognouit. Hinc & in
ci

cilio Pariſienſi ſub Ludouico, & Lothario Imperatoribus celebrato legitur [a]: Cùm hoſpitalitas in tremendi examinis die ab æterno iudice ſit remuneranda, qui dictus eſt [b]: Hoſpes fui, & collegiſtis me, & ob id ab omnibus Chriſtianis ſummoperè ſit ſectanda, multò magis tamen vigilantiuſq; ab his, qui dictis, & exemplis ad vitam æternam aliis ducatum præbere debent, poſtpoſita auaritiæ peſte, & alia qualibet occaſione proſus eſt exequẽda Ab Apoſtolo quippe inter cætera virtutum præconia, quæ Epiſcopo ineſſe debent, hoſpitalitas etiam habenda prædicatur [c]. Epiſcopi namque domus, vt B. Hieronymus ſcribit [d], omnium commune debet eſſe hoſpitium. Laicus enim vnum, aut duos, aut paucos recipiens implebit hoſpitalitatis officium: Epiſcopus, niſi omnes recipiat, inhumanus ab eo ſcribitur. Hoſpitalitas verò quam Dominus remuneraturum ſe eſſe aſſeruit, illa eſt intelligenda, quæ membris Chriſti, tecto videlicet indigentibus, & diuerſas neceſſitates patientibus exhibetur. Proinde ſtudendum ſummoperè Epiſcopis eſt, vt cum hoſpitalitatem ſubditis habẽdam prædicant, ipſi eam ante omnes primùm factis adimpleant.

D. verò Dionyſius Richelius de vita Canonicorum, & aliorum eccleſiaſticorum ſcribẽs [e]: Timeant, inquit, Canonici, & miniſtri Eccleſiæ, ſi non ſuſceperint hoſpito, & piè tractauerint pauperes, & mendicos; quid reſpondebunt, qui tales dedignantur penitùs hoſpitare? quibusque vix ſiccum panem, aut viles ciborum reliquias elargiuntur? cùm Dominus dicet [f]: Hoſpes fui, & nõ collegiſtis me. Quod in perſona membrorum ſuorum, videlicet pauperum, & indigentium dicet, non in perſona diuitum, & potentium, quos tamẽ & propinquos ſuos ſuſcipiunt reuerenter, tractant ſolenniter, pretioſè, & lautè reficiunt, molliterque cubant. Audiant hi, & formident, atque implere conentur quod Chriſtus in euangelio loquitur [g]: Cùm facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos, neque diuites, ne fortè & ipſi te reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cùm facis conuiuium voca pauperes, debiles, claudos, & cœcos, & bea-

a *lib. 1. cap. 14.*
b *Matth. 25.*
c 1. *Tim. 3. cap.*
d *in cap. 1. ad Tit.*
e *art. 21.*
f *Matth. 25.*
g *Lucę 14. cap. Qui ad conuiuia vocãdi, qui non vocandi ſint. Vide cõcil. Mediola celebra. 1566. tit. de iis, quæ pertinent ad honor. & iur. Eccleſ. conſeruat. rect. adminiſt. et diſpenſa.*

tus eris, quia non habent retribuere tibi: Retribu
enim tibi in reſurrectione iuſtorum. Ecce aperta
tentia, ſaluberrimaq; doctrina; veruntamen non
telligenda ſunt iſta, quin Canonici, & ſacerdotes
poſſint interdum ex pia, & rationabili cauſa hoſpi
tatem decentem diuitibus, potentibus, præſidentibus
cognatis impendere; quod tamen rarò, & ſine cu
ac pompa agendum eſt, intẽtione ſincera, ne dec
pauperibus, & vera opera miſericordiæ relinquan
quæ conuertẽda ſunt bona, quæ eccleſiaſticis ſuper
quoniam eccleſiaſtici reditus ſunt patrimonii Ch
eleemoſynæ pauperum, ſtipẽdia miniſtrorum ege

Quãdo et quomodo Canonicis permiſſum ſit diuites inuitare.

Porrò ſacrilegium eſt, vt ſanctus dicit Hierony
res pauperum non pauperibus erogare: & pa
peccatoribus, maximè diuitibus dare, & dæmon
immolare. D. verò Auguſtinus [b] allegans in qu
ſermone ſupradicta Chriſti verba: Cùm facis pran
aut cœnam, &c. tacitè occurrens obiectioni: Ergo a
cos aut parentes non debeo ad conuiuium vocare
gandi, inquit, ſunt, & parentes, & vicini, ſed rar
gandi ſunt, & nõ nimis ſumptuoſa, & delicioſa, ſed
parca & ſobria vel honeſta debent illis conuiuia p
rari, vt remaneat, vnde poſſint pauperes refici, vnde
ſit aliquid indigentibus erogari, vt, cùm dies iudi
nerit, non cum impiis, qui nunc pauperes deſpi
audiamus: diſcedite à me maledicti in ignem æter
ſed cum iuſtis, & miſericordibus audire mereamur
nite benedicti patris mei, percipite regnũ. Quia e
& dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi
bere: Simul etiã nobis illa vox deſiderabilis di
Euge ſerue bone, & fidelis, ſupra multa te conſt
intra in gaudium Domini tui [c]. D. enim Bernar
Res, inquit, pauperum non pauperibus dare, ſacr
crimen eſſe dignoſcitur. Patrimonia enim pauper
facultatis eccleſiarum, & ſacrilega eis crudelitate
pitur, quicquid ſibi miniſtri, & diſpenſatores vltra
accipiũt, & veſtitum. Nec enim ordinauit Deus
euangelio ſeruiunt, de euangelio quærere diuitias
ornatum, ſed viuere ex eo, vt videlicet ſint conten
mento corporis, nõ gulæ irritamenta, aut incẽtiua

a c. clericos. 1. q. 2. et c. fin. 16. q. 1.

b ſerm. 2. de temp. habit. in dom. 2. aduentus.

Parentes et amici quando et quomodo ad prandium vocandi.

c Matth. 25.

d in ſerm. de colloq. Simon. & Ieſu, ſeu in decla. ſuper illo: Ecce nos reliquimus omnia, &c.

dinis, & quibus tegantur, non quibus ornẽtur accipere.

Propterea rectè, & egregiè in concilio Aquiſgranẽſi ſub Ludouico pio Imperatore celebrato, cùm adhuc Canonici tam cathedralium, quàm collegiatarum eccleſiarum in monaſteriis ſuis viuerent, ſtatutũ legitur[a]: Euangelicis, atq; Apoſtolicis inſtruimur documẽtis in colligendis hoſpitibus ante omnia dari debere operam, vt meritò de nobis à Domino dicatur: Hoſpes fui, & collegiſtis me, &c. Proinde oportet, vt Prælati Eccleſiæ præcedentium Patrum exempla ſectantes, aliquod præparent receptaculum, vbi pauperes colligantur, & de rebus Eccleſiæ tantum ibidem deputent, vnde ſumptus neceſſarios iuxta poſsibilitatem rerũ habere valeãt, exceptis decimis, quæ de Eccleſię villis ibidẽ conferuntur. Sed & Canonici tam de frugibus, quàm etiã de omnibus eleemoſynarũ oblationibus in vſus pauperum decimas libẽtiſsimè ad ipſum conferant hoſpitale. Et boni teſtimonij frater conſtituatur, qui hoſpites, & peregrinos aduentantes, vtpote Chriſtũ in membris ſuis ſuſcipiat, eiſque neceſſaria libenter pro viribus adminiſtret. Qui etiam ea, quæ in vſus pauperum cedere debent nequaquã in ſuos vſus reflecta[?]ne cum Iuda loculos Domini furante, ſententiam damnationis excipiat. Sed & Prælatorum debet vigilare induſtria, ne eum, cui hoſpitale committitur, pauperum res pauperibus deputatas in aliquo minuere, aut his, quaſi beneficiario munere conceſsis, ſinant vti. Quod à Prælatis quibuſdam curam pauperum paruipendentibus fieri comperimus. Clerici namque ſi aliis temporibus nequeunt, ſaltem quadrageſimæ tempore, pedes pauperum in competenti lauẽt hoſpitali, iuxta illud euangelicum[b]: Si ego Dominus, & magiſter veſter laui vobis pedes, quantò magis vos debetis alter alterius lauare pedes, &c. Quapropter expedit, vt in competenti loco hoſpitale ſit pauperum, vbi perfacilis ad illud veniẽdi conuentus fieri poſſit fratrũ. Quod ſi is, cui hoſpitale commiſſum eſt, curam pauperum neglexerit, eorumque res in ſuos vſus retorſerit, quanquã diuina vltione dignus ſit, ſeuerius tamẽ quam cæteri delinquẽtes à Præpoſitis iudicãdus, & à miniſterio remouẽdus eſt: Nec immerito, quippe qui & pretia

pecca-

a *cap. 141. in reg. Canonic.* *Qualis olim Canonicis præcepta fuerit hoſpitalitas.*

b *Ioan. 13.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

peccatorum, & alimenta pauperum, & theſaurum
lo recondendum ſuis (quod fas non fuit) aptauit vſ

De pauperum portione in Canonicorum Eccleſiu, ſi perent, reſtituenda. CAP. XXV.

QVARE cùm dubitandum non ſit, quin
hanc prædictam Aquiſgranenſis concilij conſti-
tutionem in omnibus Canonicorum tam cathe-
dralium, quàm collegiatarum, eccleſiarũ collegiis
à prædeceſſoribus vel fundatoribus ipſorum certa bo-
deſtinata ſint ad hoſpitalitatem pauperum, & pere-
norum, ter pium, & ſanctum fuerit, ſi Prælati præd-
rum eccleſiarum diligentiſſimè inquirant, quo
bona ad vſum hoſpitalitatis pauperum deſtinata de-
nerint. Ex Gelaſij namque, Simplicij, & Gregorij pon-
tificũ conſtitutionibus, (quas alibi poſuimus
cõſtat, bona Eccleſię olim in quatuor partes diuiſa
ſe, & vnam ex illis in hoſpitalitatem & vſus pauperum
relictam, & tributam fuiſſe[a]. Et ſi inuenerint illa bo-
poſt clauſtrorum ſeu monaſteriorum deuaſtationem
vel profanationem ad alia ipſorũ bona communia
ueniſſe (prout veriſimile omnino eſt) danda diligens
opera, vt iuxta Synodum Auguſtanam anno 154
lebratam ex collegiorũ Canonicorum ærario, aut pro-
uentibus, pauperum, & infirmorum, atque peregrinorum
neceſſitati prouideatur. Quodſi ad hoc præſtandũ
induci, vel cogi facilè nõ poſſint, propter immemoria-
lem præſcriptionem (quæ coram Deo veritate cog-
malæ fidei poſſeſſorẽ non iuuat[b]) grauiter, & dilige-
monebuntur, & requirentur, vt reformatis exceſſibus
& delictis eorum circa veſtitum, conuiuia, comeſſatio-
nes, ebrietates, ludos, & alia ſimilia, liberales ſint
pauperes. Quoniam ſecũdum D. Hieronymum[c],
rapere cõuincitur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere
batur, ac ſic per opera omnia pietatis ſe inſtituat,
præſentis vitæ ſubſidia, & æternæ claritatis præmia
Deo percipiat; vtrumque enim pietati promiſſum
Vnde Apoſtolus ſcribens ad Timothęum, ait[d]: Exerce
te ipſum ad pietatem. Nam corporalis quidem exer-
tatio ad modicum vtilis eſt. Pietas autem eſt vtilis
omni-

a c. vobis. et 8. ſequẽt. 12. q. 2. *Vide alterum noſtrum ſpeculum de malo. borũ tem. cauſ. lib. 2. cap. 10. et lib. 4. cap. 6.*

Bona olim collegiis Canonicorum ad vſus & hoſpitalitatem pauperũ relicta, quomodo nunc reſtituenda ſint.

b c. vigilanti. *de præſcriptionib.*

c *ſicut Gratianus habet in* §. 1. *diſt.* 42.

d 1. *Timoth.* 4.

Pietas vtilis eſt ad omnia.

omnia, habens promiſſionem vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Ab hac quiſquis alienus fuerit, in ſacerdotem ordinari non poterit. Si enim vidua ab eccleſia recipi prohibetur[a], quæ pauperes non recipit hoſpitio, quæ pedes Sanctorum non lauit, quæ tribulationē patientibus non ſubminiſtrauit, quę omne opus bonum nō eſt executa: Multò magis ſunt prohibēdi à ſacerdotio, qui ab opere pietatis perhibentur alieni. Vnde quidam hoſpitalitatis opera deſpicientes in Gangrenſi concilio excommunicantur, ſic enim in eo ſtatutū eſt[b]: Si quis deſpicit eos, qui fideliter agapas, id eſt, conuiuia pauperum exhibēt, & propter honorem Domini conuocant fratres; & noluerit communicare huiuſmodi conuocationibus, parui pendens quod geritur, anathema ſit. Hinc etiam Ioannes Euangeliſta[c] quendam excommunicauit Diotrepem, qui nec pauperes recipiebat, & recipientes de eccleſia deijciebat[d].

a 1. ad Timo. 5.

b Concil. Gangrenſ. cap. 11.

c in epiſt. ſua 3.

d c. ſi quis deſpicit. diſt. 42.

Quamobrem piè & religiosè D. Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum de vita clericorum ſcribens: Menſulam, inquit, tuam pauperes, & peregrini, & cum illis Chriſtus conuiua nouerit: hoſpitiolum tuum aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terant. Conuiuia tibi vitanda ſunt ſecularium, & maximè eorū, qui honoribus tument. Turpe eſt ante fores ſacerdotis Chriſti crucifixi & pauperis, & qui cibo quoq; veſcebatur alieno lictores conſulum, & milites excubare. Quodſi obtenderis te facere hæc, vt roges pro miſeris, atque ſubiectis, iudex ſæculi plus deferet clerico continenti, quàm diuiti; & magis ſanctitatem tuam venerabitur, quàm opes. Aut ſi talis eſt, qui non audiat clericos pro quibuſlibet tribulatis, niſi inter phialas, libenter carebo huiuſmodi beneficio, & Chriſtum rogabo pro iudice, qui magis, & citius ſubuenire poteſt, quàm iudex: melius eſt enim cōfidere in Domino, quàm confidere in homine; melius eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in principibus. Item omnes, ait, qui ſtipendiis templi, & his, quæ conferuntur ad vſus eccleſiæ abutūtur in aliis rebus, quibus ſuam expleant voluptatem, ſimiles ſunt Scribis, & Phariſæis, & ſacerdotibus Iudæorum. Enormiter ergo peccant, qui de bonis Eccleſiæ theſaurizant, hæreditaria

Conuiuia ſecularium et maximè potētum clericis vitanda ſunt.

Clerici Eccleſię bonis abutētes quibus ſimiles ſint.

emunt,

emunt, quæ ſuis relinquant cognatis, ne dicam ſor[illegible] & filiis, & filiabus locupletandis, aut in vana, & ſecul[illegible] hoſpitalitate exercēda iis abutuntur, quotidie celebra[illegible] tes conuiuia cum carnalibus amicis ſuis, & ſociis a[illegible] diuitibus, pro quibus, & præparāt ſumptuosè, & vi[illegible] ne talibus poſſunt menſæ accumbere, niſi vel eos [illegible] tent, vel ab ipſis inuitentur [a], quæ conuiuatio cleric[illegible] ſtrictè prohibetur, ſicut ſupra à nobis declarauimus.

[a] *Dionyſ. Richel. in opuſc. de vita eccleſ. art. 22.*

Aduerte & penſa, ô Chriſti ſacerdos, & miniſter [illegible] cleſiæ quod D. Ioannes Chryſoſtomus, & alij qui[illegible] Sancti nunquam acquieuerunt, cum inuitantibus [illegible] ducare, nec conuiuia celebrauerunt, & quod quidā [illegible] uotus, & magnus, locupleſque Prælatus ex conſcien[illegible] remorſu compunctione, ac diuina illuſtratione [illegible] Diues factus ſum, vt fiam ſpiritaliter miſer; mundi ho[illegible] nores adeptus ſum, vt perderem Deum; ſequor cur[illegible] Principum, vt à cœleſti curia excludar: interſim [illegible] tum conſiliis, vt de aliis ſolicitus mei obliuiſcar. Qu[illegible] de hoſpitalitate hodierna dicam, quæ meritò hoſt[illegible] potius, quàm hoſpitalitas cēſetur. Chriſtus enim ei [illegible] ſam non præſtat, ſed ſtudium vanæ gloriæ. Diuit[illegible] quidem in hoſpitio cum honore, & reuerentia ſuſcep[illegible] in omni opulentia deliciæ apponuntur de patrimo[illegible] crucifixi. Chriſtus autem ſemel crucifixus in ligno, [illegible] mēbris ſuis pauperibus quotidie torquetur, affligitur, [illegible] crucifigitur, multiplicis miſeriæ pœna, dū de patrimo[illegible] nio ſuo deliciantur diuites, quo debebāt, refici paupere[illegible] ipſius hæredes, quibus (horrendum dictu) plerią; præ[illegible] runt ſuos equos, & canes. Quis huius crudelitatis [illegible] turus exitus docet nos parabola diuitis epulonis [c], [illegible] induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidie ſplēdidè, & paulò poſt morte ſublatus in inferno [illegible] tus eſt. Vtinam hoc iudiciū ſibi ob oculos ponant, [illegible] patrimonio Chriſti tā indignè, tamq; grauiter abu[illegible] tur, atq; hoc ſub prætextu honeſtatis ſeu hoſpitalit[illegible]

[b] *vt habet Richel. d. art. 22.*

Inſigne apophthegma Prælati aulici.

Qualis ſit hodierna clericorum hoſpitalitas.

[c] *Luc. 16.*

An non credimus hæc omnia aliquando diſtricte [illegible] dicanda? eiuſmodi, inquam, vanos, & inutiles ſumptus, qui de eleēmoſynis pauperum, fidelium oblationi[illegible] decimis, & tributis egētium animarū, de exactionib[illegible] & oppreſſionibus pauperū fiunt, & qui in ſudore vu[illegible]

noſtri pane noſtro veſci debuimus, labores miſerorum nobis ad delicias vſurpamus, atque in ebrietate, & crapula ſudorem alienũ bibimus? Ille, qui intuetur abyſſos, & ſedet ſuper Cherubin, iudicabit cauſas pauperum, quando ſtabunt iuſti in magna cõſtãtia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & eorũ ſtipendia conſumpſerũt. Vbi eſt, quæſo, verbum iſtud Prophetæ[a]: Diſperſit dedit pauperibus. Porrò nos nec diuitibus dare, nec ligna in ſyluam ferre oportet. Fuge ergo, ô Chriſti ſacerdos, frequentia, & lauta conuiuia tantis periculis plena, & eccleſiaſtica bona iuſtè, diſcretè, ac piè expende.

a Pſal. 111.

Ex his non obſcurum eſt intelligere, quænam ſit vera hoſpitalitas, quæ ab eccleſiaſticis requiritur, nimirum ea, quæ ex charitate, ac pietate, non autem quæ ex vanitate, carnaliue affectione procedit. Patet item qualiter bonis eccleſiaſticis ſit vtendum; nimirum in vera, ac euangelica hoſpitalitate exercẽda, ac cæteris miſericordiæ operibus non modo corporalibus, verumetiã ſpiritualibus; primum circa domeſticos, deinde circa alios. Primo enim per opera miſericordiæ ſpiritualia piã inſtructionem, ac quatenus opus ſit, ſedulam vitiorũ correctionem eccleſiaſticus debet circa ſuam familiã exercere. Circa ſubuentionem quoq; temporalem quantum illa indiget. Deinde quod reliquum eſt facultatum, in alios pios vſus conuertere[b].

Vera hoſpitalitas à clericis requiſita.

Qualiter bonis eccleſiaſticis ſit vtendum.

b Richel. in d. art. 22.

Quare SS. Tridẽtina Synodus[c] admonet quoſcumq; eccleſiaſtica beneficia ſecularia ſeu regularia obtinẽtes, vt hoſpitalitatis officium à ſanctis Patribus frequenter commendatum[d], quantũ per eorum prouentus licebit, promptè benignèq; exercere aſſueſcant. Memores eos, qui hoſpitalitatem amant Chriſtum in hoſpitibus recipere[e]. Illis verò, quæ hoſpitalia vulgò nũcupata; ſeu alia pia loca ad peregrinorũ, infirmorũ, ſenium, pauperũve vſum præcipuè inſtituta, in cõmendam, adminiſtrationem, aut quemcumq; titulũ, aut etiã Eccleſiis ſuis vnita obtinent, vel ſi Eccleſiæ parochiales, hoſpitalibus fortè vnitæ, aut in hoſpitalia erectæ, earũq; patronis in adminiſtrationẽ conceſſæ ſint, præcipit omnino vt impoſitũ illis onus, officiũve adminiſtrẽt, atq; hoſpitalitatẽ, quã debẽt, ex fructibus ad id deputatis actu exerceãt, iuxta

c ſeſſ. 25. de reſor. cap. 8. Vide concil. Mediolan. part. 3. de piorũ locor. adminiſtra.

d c. quieſcamus. diſt. 42. c. Archidiaconũ. diſt. 85. c. volumus. diſt. 89. c. vobis. c. qui. et 7. ſequen. 12. q. 2. c. quoniam. 16. q. 1.

e Matth. 25.

conſtitu-

a Clem. quia contingit. de religioſ. domib.
b ſeſſ. 7. de refor. cap. vlti.

conſtitutionem concilij Viennẽſis [a], aliàs in hac eadem
Synodo ſub felic. recor. Paulo 3 renouatã [b]; quæ incipit
Quia contingit. Quodſi hoſpitalia hęc ad certũ peregri-
norum, aut infirmorum, aut aliarũ perſonarum genus
ſuſcipiendum fuerint inſtituta; nec in loco vbi ſunt dicta
hoſpitalia, ſimiles perſonę, aut perpaucę reperiantur: man-
dat adhuc vt fructus illorum in alium pium vſum, qui
eorum inſtitutioni proximior eſt, ac pro loco, & tem-
pore vtilior conuertantur, prout Ordinario, cũm dua-
bus de Capitulo, qui rerũ vſu peritiores ſint, per ipſum
deligẽdis, magis expedire viſum fuerit: niſi aliter forte
etiam in hunc euentum, in eorum fundatione, aut inſti-
tutione fuerit expreſſum: quo caſu quod ordinatum fuerit,

Fundationes quatenus fieri poteſt, ſunt obſeruandæ.

obſeruari curet Epiſcopus, aut ſi id non poſſit, ipſe
ut ſupra, vtiliter prouideat. Itaque ſi prædicti omnes &
ſinguli, cuiuſcumq; ordinis, & religionis, & dignitatis,
etiamſi laici fuerint, qui adminiſtrationem hoſpitalium
habent, non tamen regularibus ſubiecti, vbi viget regu-
laris obſeruantia, ab Ordinario moniti hoſpitalitatis
munus adhibitis omnibus, ad quæ tenentur, neceſſariis
re ipſa obire ceſſauerint; non ſolùm per eccleſiaſticas
cenſuras, & alia iuris remedia, ad id compelli poſſint,
ſed etiam hoſpitalis ipſius adminiſtratione, curaque per-
petuò priuari poſſint, aliique eorum loco ab iis, ad quos

Mali hoſpitalium adminiſtratores ad fructuum reſtitutionem obligantur.

ſpectabit, ſubſtituantur. Et prædicti nihilominus, etiam
ad fructuum reſtitutionem, quos cõtra ipſorum hoſpi-
talium inſtitutionem perceperunt, quæ nulla eis remiſ-
ſione, aut compoſitione indulgeatur, in foro conſcientiæ
teneantur: nec adminiſtratio ſeu gubernatio huiuſmodi

Hoſpitalium adminiſtratio tantum triennalis eſſe poteſt.

locorum vni & eidem perſonæ vltra triẽnium deinceps
committatur; niſi aliter in fundatione cautũ reperiatur:
non obſtante, quo ad omnia ſupradicta quacumque v-
nione, exemptione, & conſuetudine in contrarium etiam
immemorabili, ſeu priuilegiis, aut indultis quibuſcum-
que. Piorum locorum bona adminiſtratorum arbitrio
ne locentur: ſed publicè locanda proponantur, ſalua
omnibus conducendi poteſtate. Quos piis locis aliquid
debere conſtiterit, iis eorum locorum bona locari ne li-
ceat. Qui verò piorum locorum bona cõducere volue-
rit, det idoneum fideiuſſorem, cum quo iure agi poſ-

æquè atq; cum ipſo principali conductore. Aliter facta locatio, & conductio irrita ac nulla ſit. Fructus, qui pauperibus addicti fuerint, veris pauperibus tantum diſtribuantur, quemadmodum cuiuſque inopia, & eius voluntas, à quo bona illa profecta ſunt, poſtularit. Quos autem compererit Epiſcopus, vel iniquè diſtribuendo, vel in ſuum commodum vertendo, vel inutilibus & ſuperuacaneis ſumptibus faciendis, malè in adminiſtratione verſari, eos pro modo culpæ puniat; & ad reſtitutionem legitimè compellat, & ab officio etiam, ſi ei videbitur, amoueat. Concil. Mediolanen. part. 3. tit. de piorum locorum adminiſtratione.

De reformatione hoſpitalium Concilij Viennenſis conſtitutio, à SS. Tridentino Concilio innouata. CAP. XXVI.

QVIA contingit interdum, quod xenodochiorum, leproſariarum, eleemoſynariarum, ſeu hoſpitalium rectores, locorum ipſorum cura poſtpoſita bona, res, & iura ipſorum interdum ab occupatorum, & vſurpatorũ manibus excutere negligunt; quinimo ea collabi, & deperdi, domos, & ædificia ruinis deformari permittunt, & non attento, quod loca ipſa ad hoc fundata, & fidelium erogationibus dotata fuerunt, vt pauperes, infectiq; lepra reciperentur inibi, & ex prouentibus ſuſtentarentur illorum, id renuũt inhumaniter facere, prouentus eoſdẽ in vſus ſuos damnabiliter conuertentes, cùm tamẽ ea, quæ ad certum vſum largitione ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (ſalua quidem Sedis Apoſtolicæ auctoritate) conuerti: Nos incuriam, & abuſum huiuſmodi deteſtãtes hoc ſacro Concilio approbante, ſancimus; vt hi, ad quos id de iure, vel ſtatuto in ipſorum fundatione locorum appoſito, aut ex conſuetudine præſcripta legitimè, vel priuilegio Sedis Apoſtolicæ pertinet, loca ipſa ſtudeant in prædictis omnibus ſalubriter reformare, ac occupata, deperdita, & alienata indebitè, in ſtatum reduci debitũ faciant, & ad ipſarum miſerabilium perſonarum receptionem, & ſuſtentationem debitam iuxta facultates, & prouentus locorum ipſorũ rectores prædictos compellere non omittant, In quo ſi fortè cõmiſerint negli-

Quæ ſunt ad certum vſum largitione fidelium deſtinata, non debent ad alium cõuerti.

Hoſpitalium adminiſtratio reformanda & reſtaurãda eſt.

Adminiſtratorum hoſpitaliū negligentia ab Ordinariis eſt ſupplenda.

gentiam, vel defectum, Ordinariis locorū iniungimus, vt etiam ſi pia loca prędicta exēptionis priuilegio munita conſiſtant; per ſeipſos, vel alios impleant omnia præmiſſa, & ſingula, & rectores eoſdem vtique non exemptos, propria; exemptos verò, & alios priuilegiatos apoſtolica ad id auctoritate compellant, cōtradictores cuiuſcumq; ſtatus, aut conditionis exiſtant, ac præbentes eiſdem circa præmiſſa cōſilium, auxilium vel fauorem per cenſuram eccleſiaſticā, & aliis iuris remediis compeſcendo: nullum tamē per hoc exemptionibus, ſeu priuilegiis ipſis, quo ad alia præiudiciū generando. Vt autem premiſſa prōptius obſeruentur, nullus ex locis

Hoſpitalia non ſunt conferēda clericis ſecularibus in beneficium.

ſecularibus clericis in beneficium conferatur, etiam de cōſuetudine (quam reprobamus penitus) hoc fuerit obſeruatum, niſi in illorum fundatione ſecus conſtitutum fuerit, ſeu per electionē ſit de rectore locis huiuſmodi

Qualibus hoſpitaliū gubernatio ſit committenda.

prouidendum. Sed eorū gubernatio viris prouidis, idoneis, & boni teſtimonij committatur, qui ſciant, velint, & valeāt loca ipſa, bona eorum, ac iura vtiliter regere, & eorum prouētus, & reditus in perſonarum vſus miſerabilium fideliter diſpēſare, & quos, in vſus alios bona prædicta conuertere, preſumptio veriſimilis non exiſtat: in quibus ſub obteſtatione diuini iudicij, illorum, ad quos dictorum locorum commiſſio pertinet, conſcientias oneramus. Illi etiam, quibus dictorum locorum

Hoſpitalium adminiſtratores iuramētum præſtare tenentur.

gubernatio, ſeu adminiſtratio cōmittetur, ad inſtar tutorum, & curatorum iuramentum præſtare, ac de locorum ipſorum bonis inuentaria conficere, & Ordinariis ſeu aliis, quibus ſubſunt loca huiuſmodi, vel deputandis

Adminiſtratores hoſpitalium ſingulis annis tenētur reddere rationem.

ab eis annis ſingulis de adminiſtratione ſua teneantur reddere rationem. Quodſi ſecus à quoquam fuerit attentatum; collationem, prouiſionem ſeu ordinationem ipſam carere decernimus omni robore firmitatis.

Præmiſſa verò ad hoſpitalia militarium ordinum, aut religioſorum, aut aliorum minimè extendi volumus; quorum tamen hoſpitalium rectoribus in ſanctæ obedientiæ virtute mandamus, vt in illis ſecundum ſuorum ordinum inſtituta, & antiquas obſeruantias prouidere pauperibus, & hoſpitalitatē debitam in illis tenere curent: ad quod per Superiores eorum arcta diſtrictione

coga-

cogantur, ſtatutis, aut conſuetudinibus quibuſlibet nõ obſtantibus in præmiſſis.

Cæterùm noſtræ intentionis exiſtit, quod ſi qua ſint hoſpitalia, altare, vel altaria, & cœmiterium ab antiquo habentia, & presbyteros celebrantes, & ſacramenta eccleſiaſtica pauperibus miniſtrantes; ſeu ſi parœciales rectores conſueuerint in illis exercere præmiſſa, antiqua conſuetudo ſeruetur, quo ad exercenda, & miniſtranda ſpiritualia ſupradicta.

Spiritualia in hoſpitalibus à quibus adminiſtrari debeãt.

De beneficentia, & liberalitate. CAP. XXVII.

CVm eccleſiaſticis omnibus, & præſertim Canonicis ad honeſtatem parandam, & conſeruãdam plurimum conferat beneficẽtia, & liberalitas, qua nihil eſt, vt Cicero inquit[a], naturæ hominis accommodatius: de qua quidem ipſe naturale ſuum ingenium, & prudentiam ſecutus pulchrè quidẽ ſcripſit; ſed D. Ambroſius fidei lumine illuſtratus longè pulchrius, & præclarius. Itaq; quid hic de ea ſenſerit, & ſcripſerit, ſubijciemus. Diuidit autem beneficẽtiam[b] in beneuolentiã, & liberalitatem, quæ ad illius perfectionem requiri ait. Non enim ſatis eſt bene velle, ſed etiã benefacere opus eſt: nec ſatis eſt iterũ benefacere, niſi id ex bono fonte, hoc eſt ex bona, & libera volũtate proficiſcatur[c]. Hilarẽ enim datorẽ diligit Deus[d]. Nam ſi inuitus facias, quę tibi merces eſt? Vnde Apoſtolus generaliter inquit[e]: Si volens hoc ago, mercedem habeo: ſi inuitus, diſpẽſatio mihi credita eſt. In euãgelio quoque multas diſciplinas accepimus iuſtæ liberalitatis. Pulchrum eſt igitur; bene velle, & eo largiri cõſilio, vt proſis, nõ vt noceas. Nam ſi luxurioſo ad luxuriæ effuſionem, adultero ad mercedem adulterij largiẽdum putes, non eſt beneficẽtia iſta, vbi nulla eſt beneuolentia. Officere enim iſtud eſt, non prodeſſe alteri, ſi largiaris ei, qui conſpiret aduerſus patriam, qui cõgregare cupiat tuo ſumptu perditos, qui impugnet Eccleſiã. Nõ eſt probabilis liberalitas, ſi adiuues eum, qui aduerſus viduam, & pupillum graui diſcernit iurgio, aut vi aliqua poſſeſſiones eorũ eripere conatur. Non probatur largitas, ſi quod alteri largitur, alteri quis extorqueat; ſi iniuſtè quærat, & iuſtè diſpenſandum putet: niſi

a 1. *lib. offic.* *Liberalitate naturæ hominis nihil accõmodatius.*

b *lib.* 1. *offic. cap.* 30.

c *c. nõ ſatis eſt. diſt.* 86.

d 2. *Corint.* 9.

e 1. *ad Corinth.* 9. *cap. et c. iam verò.* 23. *q.* 6.

Dare oportet vt proſis, nõ vt obſis.

a Luc.19. tet : niſi fortè, vt ille Zacheus [a], reddas quadruplū [illegible] ci, quem fraudaueras, & gentilitatis vitia fidei ſtudi[illegible] & credentis operatione compenſes.

Liberalitatis fundamētum. Fundamentum igitur habeat liberalitas tua. Hoc p[illegible] mum quæritur, vt cum fide conſeras fraudem nō fac[illegible] oblatis, ne dicas te plus conferre & minus confer[illegible] Quid enim opus eſt dicere? Fraus promiſſi eſt: [illegible] poteſtate eſt largiri quod velis. Fraus fundamen[illegible] ſoluit, & opus corruit. Nunquid Petrus ita indigna[illegible] ne efferbuit [b], vt Ananiam extingui vellet, & vxo[illegible]

b Act.5. eius? Sed exemplo eorū noluit perire cæteros. Ne[illegible] perfecta eſt liberalitas, ſi iactantiæ cauſa magis, q[illegible]

Non oſtētationis ſeu iactantiæ cauſa largiendum. miſericordiæ largiaris. Affectus tuus nomen im[illegible] operi tuo. Quomodo à te proficiſcitur, ſic æſtima[illegible] Vides quàm moralem iudicem habeas? Te co[illegible] quomodo opus tuum ſuſcipiat; mentem tuam p[illegible]

c Matth.6. terrogat. Neſciat, inquit [c], ſiniſtra tua, quid facia[illegible] tera tua. Non de corpore loquitur: ſed etiam v[illegible] tuus, frater tuus quod facis neſciat, ne dum hic [illegible] iactantiæ, illic remunerationis fructum amittas.

Perfecta liberalitas. Perfecta autem eſt liberalitas, vbi ſilentio [illegible] opus ſuum, & neceſſitatibus ſingulorum occul[illegible] nit, quem laudat os pauperis, & non labia tua. D[illegible] perfecta liberalitas fide, cauſa, loco, tempore com[illegible] datur, vt primū opereris circa domeſticos fidei. G[illegible]

Domeſticis fidei ante alios benefaciēdum. dis culpa, ſi ſciente te fidelis egeat, ſi ſcias eu[illegible] ſumptu eſſe, fame laborare, erumnam perpeti, [illegible] ſertim egere erubeſcat, ſi in cauſam ceciderit au[illegible] uitatis ſuorum, aut calumniæ, & non adiuues; [illegible] carcere, & pœnis, & ſuppliciis propter debitum a[illegible]

Iuſtis magis benefaciēdum, quàm aliis. iuſtus excrucietur (nam etſi omnibus debetur [illegible] cordia, tamen iuſto amplius) ſi tempore afflictio[illegible] nihil à te impetret, ſi tempore periculi, quo [illegible] mortē, plus apud te pecunia tua valeat, quàm vi[illegible]

d c. non eſt ſatis. diſt.86. rituri [d]. De quo pulchrè Iob dixit [e]: Benedictio p[illegible]

e Iob 29. in me veniebat. Perſonarū quidem Deus accep[illegible] eſt, quia nouit omnia. Nos autem omnibus qu[illegible] bemus miſericordiam: ſed quia plerique fraude [illegible] quærunt, & fingūt erumnam, ideo vbi cauſa ma[illegible] tur, perſona cognoſcitur, tempus vrget, largius [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

profundere miſericordia. Non enim auarus Dominus eſt, vt plurimum quærat. Beatus quidem, qui dimittit omnia, & ſequitur eum. Sed & ille beatus, qui quod habet, ex affectu facit. Denique duo æra viduæ illius[a] diuitum muneribus prætulit: quia totum illa quod habuit contulit: illi autem ex abundanti partem exiguã contulerunt. Affectus igitur diuitem collationem, aut pauperem facit, & pretium rebus imponit. Cæterùm Deus non vult ſimul effundi opes, ſed diſpenſari, niſi fortè, vt Heliſæus[b], qui boues ſuos occidit, & pauit pauperes ex eo, quod habuit, vt nulla cura teneretur domeſtica, ſed relictis omnibus in diſciplinam ſe propheticam daret.

a Luc. 21.

Minus ex affectu, nõ ex quãtitate ſpectatur.

b 3. Reg. 19.

c. Dominus. diſt. 86.

Et etiam illa probanda liberalitas, vt proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas. Melius eſt enim, vt ipſe ſubuenias tuis, quibus pudor eſt ab aliis ſumptum depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitati, non tamen vt ditiores illi eo fieri velint, quod tu potes conferre inopibus. Cauſa enim præſtat, non gratia. Neq; enim propterea te Domino dicaſti, vt tuos diuites facias, ſed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, & pretio miſerationis peccata redimas tua. Putant ſe parum poſcere: pretium tuum quærunt; vitæ tuæ fructum adimere contendunt. Et accuſat, quod eum diuitem non feceris, cùm te ille velit æternæ vitæ fraudare mercede[c].

Cognatorum etiam habenda eſt ratio, ſi egeant. c. eſt probanda. diſt. 86.

Non debet quiſ ſe Deo dedicare, vt amicos diuites faciat.

c d. c. eſt probanda. diſt. 86.

Conſideranda etiam in largiendo ætas, atque debilitas, nonnunquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales: vt ſenibus plus largiaris, qui ſibi labore iam non queant victum quærere: Similiter & debilitas corporis, & hæc iuuãda promptius. Tum ſi quis ex diuitiis cecidit in egeſtatem, & maximè ſi nõ vitio ſuo, ſed aut latrociniis, aut proſcriptione; aut calumniis, quæ habebat, amiſit. Sed ſi fortè dicat aliquis: Cœcus vno loco ſedet, & præteritur, & iuuenis validus frequenter accipit, verum eſt, quia[d] obrepit propter importunitatem.

Conſiderãda in pauperibus ætas, debilitas, et verecundia. c. conſideranda. diſt. 86.

d fortè legend. abripit.

Huc pertinent & illa, quæ D. Gregorius in beneficiis præbendis obſeruanda ſcripſit[e]: Admonendi, inquit, ſunt qui iam ſua miſericorditer tribuunt, vt à cœleſti Domino ſe poſitos diſpenſatores ſubſidiorum temporalium agnoſcant, & tantò humiliter præbeant, quantò

e par. 3. curæ paſtor. admonit. 21.

Quomodo admonendi ſint qui ſua miſericorditer tribuunt.

& aliena eſſe intelligunt, quæ diſpenſant. Cùm
illorum miniſterio, quibus accepta largiuntur
tutos ſe eſſe conſiderant, nequaquam eorum me
mor ſubleuet; ſed timor premat. Vnde & neceſſe
ſolicite perpendant, ne commiſſa indignè diſtribu
ne quædam quibus nulla; ne nulla, quibus quædam
multa, quibus pauca; ne pauca præbeant, quibus
dere multa debuerunt; ne præcipitatione hoc quod
buunt inutiliter ſpargant; ne tarditate petentes
crucient; ne recipiendæ hinc gratiæ intentio ſubrep
dationis lumen, laudis tranſitoriæ appetitio ex
ne oblatum munus coniuncta triſtitia obſorbeat,
bene oblato munere animus plus quã decet
ne ſibi quicquam cùm totum bene impleuerint
& ſimul omnia poſtquam peregerint perdant. Ne
ſibi virtutem ſuæ liberalitatis deputent, audiant
a 1. Petri 4. ſcriptum [a]: Si quis adminiſtrat, tanquã ex virtute
adminiſtrat Deus. Ne in benefactis immoderat
b Lucæ 17. deant, audiant quod ſcriptum eſt [b]: Cùm feceritis
omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite; ſerui inutiles
mus, quæ debuimus facere, fecimus.

Ne largitatem triſtitia corrumpat, audiant quod
c 2. Corinth. 9. ptum eſt [c]: Hilarem enim datorem diligit Deus. Ne
impenſo munere tranſitoriam laudem quærant,
d Matth. 6. quod ſcriptũ eſt [d]: Neſciat ſiniſtra tua quid faciat
tera tua, id eſt, piæ diſpenſationi nequaquam ſe
vitæ præſentis admiſceat; ſed opus rectitudinis
tionem ignoret fauoris. Ne impenſæ gratiæ viciſſitudi
e Lucæ 14. nem requirant, audiant quod ſcriptum eſt [e]: Cùm
prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos,
fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites
fortè te ipſi reinuitẽt, & fiat tibi retributio. Ne
benda ſunt citius ſero præbeantur, audiant quod
f Prouerb. 3. eſt [f]: Ne dixeris amico tuo vade, & reuertere, &
bo tibi, cùm ſtatim poſſis dare. Ne ſub obtentu
tis ea, quæ poſſident inutiliter ſpargant, audiant
g Prouerb. 3. ſcriptum eſt [g]: Sudet eleemoſyna in manu tua. Ne
multa ſunt neceſſe, parua largiantur, audiant quod
h 2. Corint. 9. ptum eſt [h]: Qui parcè ſeminat, parcè & metet. Ne
pauca oportet, plurima præbeant, & ipſi poſtmodum

nimiè inopiam tolerantes, ad impatientiam erumpant, audiant quod ſcriptum eſt [a]: Non vt aliis ſit remiſſio, vobis autem tribulatio, ſed ex æqualitate veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat; vt & illorum abundantia veſtrę ſit inopiæ ſupplementum. Cùm enim dantis mens ferre inopiam neſcit, ſi multa ſibi ſubtrahit occaſionem contra ſe impatientię exquirit. Prius namque præparandus eſt patientiæ animus, & tunc aut multa ſunt, aut cuncta largienda, ne dum minus æquanimiter inopia irruens fertur, & præmiſſæ largitatis merces pereat, & adhuc mentem deteriùs murmuratio ſubſequẽs perdat. Ne omnino nihil eis præbeant, quibus conferre aliquid paruum debent, audiant quod ſcriptum eſt [b]: Omni petenti te tribue. Ne ſaltem aliquid præbeant, quibus omnino conferre nihil debent, audiant quod ſcriptum eſt [c]: Da bono, & noli recipere peccatorem: Benefac humili, & non dederis impio. Et rurſum [d]: Panem tuum, & vinum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus. Panem enim ſuum & vinum peccatoribus præbet, qui iniquis ſubſidia, pro eo quod iniqui ſunt, impendit. Vnde & nonnulli huius mundi diuites, cùm fame cruciantur Chriſti pauperes, effuſis largitatibus nutriunt hiſtriones. Qui verò indigenti etiam peccatori panem ſuum non quia peccator, ſed quia homo eſt, tribuit, nimirum non peccatorem, ſed iuſtum pauperem nutrit, quia in illo non culpam, ſed naturam diligit.

Admonendi ſunt etiam, qui iam ſua miſericorditer largiuntur, vt ſolicitè cuſtodire ſtudeant, ne cum commiſſa peccata eleemoſynis redimunt, adhuc redimenda committant. Ne venalem Dei iuſtitiam æſtiment, ſi cum curant pro peccatis nummos tribuere, arbitrentur ſe poſſe inultè peccare. Melior quippe eſt anima, quàm eſca; melius corpus, quàm veſtimentum [e]. Qui ergo eſcam, aut veſtimentum pauperibus largitur, ſed tamen vel corporis iniquitate polluitur, quod minus eſt iuſtitiæ obtulit: & quod maius eſt culpæ commiſit: ſua enim Deo dedit; & ſe diabolo.

a 2. Corinth. 8.
b Lucæ 6.
c Eccleſ. 12.
d Tob. 4.
Peccatori qua ratione benefaciendum ſit.
Non ideo tribuendę eleemoſynæ vt liberius peccetur.
e Matth. 6. Luc. 12.

De quibuſdam liberalitatis & beneficentiæ ſpeciebus.
CAP. XXVIII.

a lib. 2. offic. cap. 15.

Alia liberalitatis exercendę genera.

DVerò Ambroſius alia quoque genera liberalitatis recenſet [a], vt his, qui publicè egere verecundantur, conſulere ac ſubuenire, quatenus communis egenorum alimonia non exhauriatur, & alius qui pręeſt alicui numeri, vt ſi officium gerat ſacerdotis aut diſpenſatoris, requirit, vt de his ſuggerat Epiſcopo, nec reprimat, ſi quem poſitum in neceſſitate aliqua cognouerit, aut deiectum opibus ad inopiæ neceſſitatem redactum, maximè ſi non effuſione adoleſcentiæ, ſed direptione alicuius, & amiſſione patrimonij in eam inciderit iniuriam, vt ſumptum exercere diurnum non queat. Summa etiam liberalitas eſt, captiuos redimere, & maximè ab hoſte barbaro, qui nihil deferat humanitatis ad miſericordiam; niſi quod auaritia reſeruauerit ad redemptionem: eripere ex hoſtium manibus captiuos, ſubtrahere neci homines, & maximè fœminas turpitudini, reddere parentibus liberos, parentes liberis, ciues patriæ reſtituere; æs alienum ſubire, ſi debitor ſoluendo nō ſit, atque arctetur ad ſolutionem, quæ ſit iure debita, & inopia deſtitutus, enutrire paruulos, pupillos tueri. Sunt etiam qui virgines orbatas parētibus tuendæ pudicitiæ gratia connubio locent, nec ſolùm ſtudio, ſed etiam ſumptu adiuuent. Eſt etiam genus illud liberalitatis, quod Apoſtolus docet [b]: Si quis fidelis habet viduas, ſubminiſtret illis, vt earum alimoniis Eccleſia non grauetur, vt his, quæ verè viduæ ſunt, ſufficiat.

b 1. Timoth. 5.

Vtilis igitur huiuſmodi liberalitas, ſed non communis omnibus. Sunt enim plerique etiā viri boni, qui tenues ſunt cenſu, contenti quidem exiguo ad ſui vſum, ſed non idonei ad ſubſidium leuandę paupertatis alienę. Tamen ſuppetit aliud beneficētiæ genus, quo iuuare poſſint inferiorem. Eſt enim duplex liberalitas: vna, quæ ſubſidio rei adiuuat, id eſt, vſu pecuniæ; altera, quæ operarum collatione impenditur, multò frequenter ſplendidior multoque clarior. Quātò illuſtrius Abraham captum armis vitricibus recepit nepotē [c], quàm ſi redemiſſet? Quantò vtilius Regem Pharaonem ſanctus Ioſeph conſilio prudentiæ iuuit, quàm ſi cōtuliſſet pecuniam [d]? Facilè

Duplex liberalitas.

c Geneſ. 14.

d Geneſ. 41.

pecu-

pecunia conſumitur: conſilia exhauriri neſciũt. Hęc vſu augentur: pecunia minuitur, & citò deficit, atque ipſam deſtituit benignitatẽ; vt quo pluribus largiri volueris, eò pauciores adiuues, & ſæpe tibi deſit, quod aliis conferendum putaueris. Conſilij autem operisque collatio, quo in plures diffunditur, eò redundantior manet, & in ſuum fontem recurrit. In ſe enim refluit vbertas prudentiæ, & quo pluribus fluxerit, eo exercitius ſit omne quod remanet [a].

Conſilia longè præſtantiora ſunt pecuniis.

a Ambroſ. lib. 2. offic. cap. 15.

Liquet ergo debere eſſe liberalitatis modum, ne fiat inutilis largitas: cuius ſobrietas tenenda eſt, maximè ſacerdotibus; vt non pro iactantia, ſed pro iuſtitia diſpenſent. Nuſquam enim maior auiditas petitionis. Veniunt validi; veniunt nullam cauſam niſi vagandi habentes, & volunt ſubſidia vacuare pauperum, exinanire ſumptum, nec exiguo contenti maiora quærũt, ambitu veſtium captantes petitionis ſuffragium, & natalium ſimulatione licitantes incremẽta quæſtuum. His ſi quis facilè deferat fidem, citò exinanit pauperum alimoniis profutura compendia. Modus adſit largiendi, vt nec illi inanes recedant, neque transſcribatur vita pauperum in ſpolia fraudulentorum. Ea ergo menſura ſit, vt neque humanitas deſeratur, neque deſtituatur neceſſitas. Plerique ſimulant debita: ſit veri examen. Exutos ſe per latrocinia deplorant, aut iniuria, fidem faciat, aut cognitio perſonæ quo propenſius iuuentur. Ab eccleſia relegatis ſumptus impartiendus, ſi deſit eis alendi copia. Itaque qui modum ſeruat, auarus nulli, ſed largus omnibus eſt.

Amb. lib. 2. offic. cap. 16.

Liberalitatis debet eſſe modus.

Querulosis nõ facilè credendum.

Seruans in liberalitate modum, auarus nulli, ſed largus omnibus eſt.

Non enim ſolas aures præbere debemus audiendis precationum vocibus, ſed etiam oculos conſiderandis neceſſitatibus. Plus clamat operatori bono debilitas, quàm vox pauperi. Neque verò fieri poteſt, vt non extorqueat amplius importunitas vociferantium, ſed non ſemper impudentiæ locus ſit. Videndus eſt ille, qui te non videt. Requirendus ille, qui erubeſcit videri. Ille etiam clauſus in carcere occurrat tibi. Ille affectus ægritudine mentem tuam perſonet, qui aures non poteſt. Quo plus te operari viderit populus, magis diliget. Scio plerosque ſacerdotes, quo plus contulerunt, plus abun-

Non ſemper impudentię locus ſit.

daſſe, quoniam quicumque bonum operarium vid
ipſi confert, quod ille ſuo officio diſpẽſet ſecurus, q
ad pauperem ſua perueniat miſericordia. Nemo e
vult, niſi pauperi proficere ſuam collationem. Nam
quem aut immoderatum, aut minus tenacem diſpe
torem viderit, vtrumque deſpiciet: ſi aut ſuperfluis e
gationibus diſſipet alieni fructus laboris, aut recon
ſacculis. Sicut igitur modus liberalitatis tenendus
ita etiam calcar plerumque adhibendum videtur. M
dus ideo, vt quod bene facis, id quotidie facere poſſ
ſubtrahas neceſſitati, quod indulſeris effuſioni. C
propterea, quia melius operatur pecunia in paupe
cibo, quàm in diuitis ſacculo. Caue ne intra loculos
includas ſalutem inopum, & tanquam in tumulis ſe
lias vitam pauperum.

Cur in liberalitate adhibendus ſit modus.

Potuit donare Ioſeph totas opes AEgypti, & effun
re theſauros Regios, noluit tamen de alieno effuſus
deri: maluit frumẽta vendere, quã donare eſurientibus
quia ſi paucis donaſſet, pluribus defuiſſet. Eam liber
tatem probauit, quæ abundaret omnibus. Patefeci
rea, vt omnes emerent ſubſidium frumẽtarium, ne
tis accipiendo cultus terrarum relinquerent: quoniam
alieno vtitur, ſuum negligit. Itaq; primum omnium
ceruauit pecunias; deinde inſtrumenta cętera, ad po
mum iura terrarũ Regi acquiſiuit, non vt omnes e
ret ſuo, ſed fulciret, publicum tributum cõſtitueret, q
ſua tutius habere poſſent. Quod ita fuit gratum om
bus, quibus terras ademerat, vt non venditionẽ iu
ris, ſed redemptionẽ ſalutis putarent. Denique dixeru
Sanaſti nos; inuenimus gratiã in conſpectu Domini
ſtri. Nam & de proprietate nihil amiſerãt, qui ius
perant, & de vtilitate nihil perdiderãt, qui acqui
perpetuitatem. O virum magnũ, qui non largitat
perfluæ temporalem captauit gloriam, ſed perpe
commoditatẽ conſtituit prouidentiæ. Fecit enim
butis populi ſe iuuarẽt ſuis, nec in tempore neceſſita
aliena ſubſidia deſiderarẽt. Melius enim fuit cõferre
quid de fructibus, quàm totum de iure amittere[b]. Ta
itaq; debet eſſe, qui conſiliũ alteri det, vt ſe ipſum fo
mam aliis præbeat, ad exemplum bonorum operum
doct

De alieno in largiendo nemo debet eſſe effuſus.

a Geneſ. 41. et 47.

Qui alieno vtitur, ſuum negligit.

b Ambr. d. lib. 2. offic. cap. 16.

Qualis debeat eſſe cõſiliarius.

doctrina, in integritate, in grauitate; vt ſit eius ſermo ſalubris atque irreprehenſibilis, conſilium vtile, vita honeſta, ſententia decora: Qui nihil nebuloſum habeat, nihil fallax, nihil fabuloſum, nihil ſimulatum, quod vitam eius ac mores refellat, nihil improbum, ac maleuolum, quod auertat conſulentes [a].

a Ambr. d. lib. 2. offic. cap. 17.

De inſignibus aliquot liberalitatis effectibus.

CAP. XXIX.

QVARE D. Ioannes Chryſoſtomus, qui de hac beneficentia, & liberalitate diuerſos ſermones habuit [b], in quorũ duobus [c] non dubitauit dicere, & oſtendere qualiter ſit ars omniũ artium quęſtuoſiſſima, eleemoſyna, atq; miſericordia, Si enim illud maxime propriũ artis eſſe ab omnibus prædicatur, vt ad vtiliſſimũ finẽ rectiſſimè tẽdat, nec vtilius quicquã liberali miſericordia facilè inuenies. Nemo ipſam & artẽ eſſe, & cæteris excellẽtiorem, atq; omniũ optimã dubitabit. Non enim nobis hæc cõficit calceamẽta, nec veſtimẽta cõtexit, nec has lapideas, ſeu luteas domos ædificat, ſed vitã æternã miniſtrat, ex mortis manibus eripit, & tã in hac vita, quàm in futura præclaros reddit. Hæc manſiones nobis in cœlo ædificat, & æterna tabernacula præparat. Hæc lãpades noſtras extingui non ſinit. Hæc veſtes noſtras ita lauat, vt nõ ſordidi, ſed niue candidiores ad nuptias peruenire poſſimus. Si enim fuerint, ait [d], peccata veſtra ſicut puniceum ſeu coccinum ſuper niuẽ dealbabo. Hęc non patitur eo nos detrudi, vbi diues ille cruciatur, ſed in ſinum Abrahæ certo itinere ducit [e], & cæterarum quidẽ artium quælibet, vnũ aliquem finem reſpicit: vt agricultura hominis pabulũ, ſeu alimoniam, ars tectoria noſtrum amictum: imo verò nulla ſola finẽ ſuum conſequitur. Cùm verò liberaliter miſericordia moti quicquam facimus, nulla re alia pręter volũtatem nobis opus eſt. Si autem putas magno pecuniarum cumulo, & veſtibus, & calceis tibi opus eſſe, illa Chriſti verba, quæ de vidua dixit [f], tecum retracta. Et ſi adeò pauper es vt mendicare cogaris, nulla tamen animi ſolicitudine laborabis. Nã ſi duo minuta contuleris, dummodo id ex facultate feceris tua pręclarũ facinus feciſti. Si panis fruſtum, quia nihil aliud habes, dediſti, ad huius artis

b *Hom. 32. ad pop. Antioch. & Hom. 33. et 34. 35. 36. 37. & 53. in Matth. et Hom. 55. in Geneſ. & ſerm. de miſer.*

c *Hom. 33. ad pop. & 53. in Matth.*

Inſignia aliquot beneficentiæ ac liberalitatis commoda & effectus.

d *Iſa. 1.*

e *Lucæ 16.*

f *Lucæ 21.*

artis faſtigium aſcendiſti. Hanc igitur artem oro profeſſi diligenter officia eius proſequamur. Hęc vberiores nobis adfert fructus, quàm imperia huius vitæ, aut regna. Non enim hac re ſolùm cæteris præſtat, quia non indiget, verumetiam quia multa nobis, & varia illa conſtruit. Nam & domos perpetuas in cœlis condit, & facit vt profeſſores eius immortalem fugiant mortem: & theſauros donat, qui nunquam abſumuntur, qui nec à latronibus, nec à vermibus, nec à tineis, nec à longis temporum ſpatiis violantur. Si quis te docere polliceretur quo artificio ad longiora tempora fruges tertiò poſſes conſeruare, quid non dares vt tibi frumenta multos annos illæſa permanerent? Ecce autem hæc non frumenta ſolùm, ſed vt cuncta, quæ habes in æternum conſerues, docet & pollicetur, & poteſt; nec ſolùm quemadmodum externæ res tuæ; verùmetiã quomodo tam corpus quàm anima perpetua integritate fruantur, diligenter inſtituit. Cur tempus conteremus in expoſitione artis huius officiis, & meritis. Hæc erudire ſolet, quo pacto poſſis Deo ſimilis eſſe, quod omnium bonorum caput, & radix atque ſumma eſt.

Ars ad conſeruandum frumenta & alia noſtra bona in perpetuum.

Docet hęc liberalitas Deo ſimilem fieri.

Sed breuiter fines quoque ipſius perſtringamus, vt videas quomodo ad plurima conducit nulla re adiuta. Veſtimenta igitur texit, theſauros immarceſſibiles parat, & reddit; mortem ſuperari facit; diabolum nobis domat; Deo denique ſimiles efficit. Quid igitur hac arte vtilius, atque præſtãtius? Nam alia cum iis, quæ diſcuntur ſunt ſimul & cum hac vita prætereunt; & cum artifices ægrotent, labantur, opera quoque ſua non permanent, & ad hæc conficienda longo egent tempore, aliis quàm pluribus. Hæc verò poſt hanc vitam maximè viget, & opera ſua à ſe geſta monſtrat, nec ſpatiis temporum longioribus, nec labore improbo, nec alia re huiuſmodi eget: quodque maius eſt, etiam quando ægrotas, quando ſenio confectus iaces operatur, & tecũ ſimul ab hac vita egreditur, nec te vnquam ſolum deſerit. Hæc eloquentiſſimis te oratoribus ſuperiorem facit reddit; & cum illis plures inuideant, & proſperitate aliorum tabeſcant, qui hoc artificio vtũtur ab vniuerſis benedicuntur, & infinitos habent pro ſe orantes. Accedit

Inſignes huius liberalitatis effectus.

quod

quod illi ad hominum mortalium tribunalia venientes ab iniuria nonnullos defendunt, & nonnunquam iniuriantibus patrocinantur. Hæc verò ad tribunal Chriſti accedit, nec ipſa ſolùm patrocinatur, vt pro eis ſententiam ferat, verumetiam ipſi perſuadet iudici, vt reo patrocinium præſtet, & pro eo ſententiam ferat; & licet millies peccauerit, coronat tamen eum, & victorē promulgat, atque laudibus effert[a]. Ait enim[b], date eleemoſynam, & omnia erunt munda. Et quid de futuris loquor? In præſenti vita ſi homines interrogemus, & copia ipſis detur; eloquentéſne oratores ſe, an miſericordes, humanos, & liberales vellēt eſſe, audies eos hoc virtutem potius electuros: & merito quidem. Sublata namque dicendi facultate, nihil mali humana vita patietur, quippe quæ multùm, antequam ars oratoria inuenta ſit, temporis extiterit. Sed ſi miſericordiam auferes, omnia tranſibunt, & perierint.

a *Chryſoſt. Hom. 53. in Matth.*
b *Lucæ 11. & Chryſoſt. Hom. 33. ad popul.*

Et ſicut mare non poteſt nauigari portibus, & ſtationibus obrutis; ita nec hæc vita conſtare, ſi miſericordiā, liberalitatem, & humanitatem tollas. Quamobrem non tantum eam Deus rationi, & voluntati commiſit, verumetiam multas ipſius partes inſperſit, & indidit naturæ neceſſitati. Natura enim duce patres, & matres liberorum miſerentur, & filij parentum; neque in hominibus id tantum, ſed etiam in rationis expertibus fieri videmus. Natura duce fratres in ſe mutuo humaniores ſunt, propinqui etiam ac affines, & ſimpliciter homines inter ſe vniuerſi. Natura vtique proni ad miſericordiā facti ſumus. Quamobrem ſi iniuria pelli aliquos videamus, moleſtè ferimus, commouemur, iraſcimur: Et cędi homines aſpicientes, aut interimi, flectimur; & cùm flentes cernimus, collachrymamus. Itaque quoniam huius rei armis, & pugnare, & defendi nos Deus voluit, [illegible] eius natura nobis ad iſta plurima contulit, vt ſaltē et hoc intelligamus quàm magnæ Deo curæ ſimus.

Hæc vita ſine miſericordia liberalitate & humanitate cōſtare nequit.

Natura proni ſumus ad miſericordiam.

Hæc igitur nobiſcū verſantes noſipſos, propinquos, & affines ad miſericordiæ & liberalitatis ſcholam, atq; diſciplinam perducamus. Magna quippe res eſt homo, & pretioſum quid, eſt vir miſericors. Itaque qui hoc nō habet, homo eſſe deſiit. Hoc ſapientes facit, Et quid ad-

Homo ſine miſericordia eſſe non poteſt.

miraris,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a Luc. 6.

miraris, ſi hoc & homo eſt, & Deus eſt? Ait enim Chri-ſtus[a]. Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter cœleſtis miſericors eſt. Diſcamus igitur hanc miſericordiam non ſolùm multorum, ſed omnium gratia, præcipuè autem, quia nobis quoque ipſis magnam miſericordiam præſtamus. Miſericordiam autem dum dico, illam intelligo, quæ auaritia vacat. Nam ſuis contentus, & aliis non impartiens procul à miſericordiæ officio abeſt. Aliena rapiens quomodo miſericors? Non eſt prorſus miſericors licet infinita largiatur. Nam ſi propriis frui ſolum, eſt inhumanū, inhumanius certè multò eſt rapere aliena[b]. Tuarum es, ô homo, pecuniarum diſpenſator, non minus, quàm qui Eccleſiæ bona diſpenſat. Sicut igitur ille poteſtatem non habet, ea, quæ propter pauperes à bonis erogantur, temerè, & vt caſu venerit diſpergendi; quoniam in pauperum data ſunt alimenta: ita neque tu tua. Etſi namq́ue paternam accepiſti hæreditatem, & ita poſſides quæcumque tibi ſunt: itaque tamē Dei ſunt omnia. Poſtea verò tu quod erogaſti eodem, tali vis diſpenſari diligentia: Deum verò ſum-ceſes maiori nos repetiturum vehementia, ſed eam ſimpliciter paſſurum pereuntia? Non ita eſt. Nequaquam. Hæc enim propterea tibi conceſſit, vt dares illis eadem in tempore opportuno, egenis, eſurientibus. Sicut tu ma-ſeruo diſpenſanda dediſti, itidem & Deus te vult hæc congrua erogare. Propterea quoque cùm auferre poſſet, ea dimiſit, vt exhibendę virtutis occaſionem haberes, alterum alterius indigentem conſtituens, mutuam charitatem redderet feruentiorem[c]. Non enim ad hoc accepiſti, vt in delicias abſumeres, ſed vt in eleemoſynam erogares. Nunquid enim tua poſſides? Res pauperum ſunt creditæ, ſiue ex laboribus iuſtis, ſiue ex hæreditate paterna poſſideas. Nunquid enim non potuit tibi Deus hæc auferre? Verùm hoc non facit, in poteſtate tua ponens liberam in pauperes liberalitatem[d].

b Chryſoſt. Hom. 53 in Mat. & Hom. 35. ad popul.
Laici tam ſunt ſuarum pecuniarum diſpenſatores, quàm eccleſiaſtici.

Diuitiæ non ſunt noſtræ, ſed Dei. Chryſoſt. Hom. 12. in Matth. in oper. imperf. Hom. 34. ad popul.

c Chryſoſt. Hom. 34. ad popul.
Cur diuitiæ quibuſdam à Deo concedantur.
d Chryſoſt. Hom. 34. ad popul.

An eleemoſyna coram hominibus fieri poſſit.

CAP. XXX.

Obiectio.

CAETERVM roget hic quiſpiam peropportunè, an hanc liberalitatem, & eleemoſynam, ſeu miſericordiā publicè & coram hominibus facere poſ-ſit, &c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fit, cùm Chriſtus dixerit [a]: Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus. Et: Cum facis eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito. Huic quæſtioni reſpondens D. Auguſtinus [b]: Quomodo, inquit, hoc ſecundùm literã accipere poſſumus, cùm ipſe Dominus alibi dicat [c]: Sic luceat lumen veſtrũ coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt? Diligenter attẽdite fratres, & intellectũ diuinæ ſcripturę humiliter, & ſapiẽter requirite. Non enim ſibi ipſi Dominus in euãgelica lectione contrarius eſſe poteſt. Nam quia eleemoſynam, & occultè fieri ipſe dixit, & publicè; ipſe admonuit, vt ſibi præcepta eius non videantur eſſe contraria, intellectũ ſobrium quærit. Qui enim ideo facit eleemoſynã, vt ab hominibus ſe laudari deſideret, etiamſi occultè fecerit, publicè facit, quia laudem ab hominibus quærit. Qui verò eleemoſynam pro ſolo amore Dei facit, vt ad opus bonũ illum reliqui imitentur, & non ipſe, ſed Dominus collaudetur, etiamſi publicè faciat eleemoſynam, abſconsè facit: quia pro eleemoſyna illa non hoc quod videtur, ſed quod non videtur deſiderat, nec ab hominibus laudem, ſed mercedem à Deo optat accipere. Vel vt D. Chryſoſtomus ait [d]: Non eleemoſyna ingrata eſt ante Deum, quę hominibus viſa fuerit, ſed quę ideo facta fuerit, vt ab hominibus videatur. Deus enim mentem ac volũtatem dantis eleemoſynam, modumque miſerendi cõſiderat. Poteſt enim aliquis etiã corã hominibus illã facere, nec tamẽ hoc ideo facere, vt eam oculis hominũ oſtẽtet: & aliquis non corã hominibus faciẽs, eo tamẽ animo facere, vt ſe id facientẽ optet videri. Itaq; peſtem illã quæ de vanæ gloriæ naſci ſolet amore, Dominus tantummodo compeſcere voluit. Hoc etiã & de ieiunio debemus accipere, cũ enim ipſe Dominus dicat [e]: Vnge caput tuũ, & faciẽ tuã laua, ne videaris ieiunãs hominibus. Ergo contra Chriſti pręcepta facimus qui publicè ieiuniũ indicimus, & vidẽte toto populo pariter cũ ipſo ieiunamus? Eti in hoc ſenſu oportet intelligi, vt nemo pro laude humana, ſed pro peccatorũ indulgẽtia, vel pro miſericordia diuina ieiunet, Vnuſquiſq; interroget cõſcientiã ſuã, & ſi

a Matth. 6. cap.

Solutio.

b ſerm. 60. de temp.

c Matth. 5. cap.

Quatenus corã hominibus benefaciẽdum ſit, vel non ſit.

d Hom. 19. in Mat. & Hom. 13. in opere imperf. in Matth.

e Matt. d. cap. 6.

Quatenus publicè ieiunandum.

& ſi pro ſolo Deo facit eleemoſynam, ſecurus & pub-
cè faciat, vt quicumque viderint, imitentur. Nam & il-
Neſciat dextera tua quid faciat ſiniſtra tua; quomodo intelligendum ſit.
lud, quod dicit Dominus: Neſciat ſiniſtra tua, quid fa-
ciat dextera tua, ad hoc quod ſupra diximus pertin-
cognoſcitur. In dextera enim intelligitur amor Dei,
ſiniſtra vanitas, vel cupiditas mundi. Si pro laude hu-
mana dederis eleemoſynam, totũ ſiniſtra facit: dextera
omnino nihil facit. Si verò pro remiſſione peccator-
& amore vitæ æternæ eleemoſynam dederis, tot-
dextera facit. Quid eſt ergo: Neſciat ſiniſtra tua, q-
faciat dextera tua; niſi, quod facit amor Dei non c-
rumpat, aut perdat vanitas, vel cupiditas mundi.

a Matth. 6.
Ad hoc pertinet etiam illud, quod dixit [a]: Cum o-
tis nolite in angulis platearum orare; ſed intra, i-
in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum i-
abſcondito. Ecce ipſi bene noſcitis, quia hoc nõ ſemper
ſecundum literam poterit impleri; nam & nos ipſi, &
totus populus non ſolùm in cubiculis noſtris oramus,
ſed etiam publicè ad Eccleſiam conuenimus, & fa-
cum omni populo genua flectimus. Et nunquid hæc fa-
cientes præceptis Chriſti contrarij ſumus? Non. Tu-
etiam & iſte ſenſus ſuperiori ſententiæ conueniens.
Quatenus publicè orandum ſit, vel non ſit.
Si quando oras Deum, & hoc ab illo petis, quod vide-
tur, publicè, & aperto oſtio oras; quia hoc à Deo vis ac-
cipere, quod videtur. Si verò pro indulgentia peccato-
rum, & pro vita æterna volueris ſupplicare, etiamſi pu-
blicè oraueris, clauſo oſtio oras, quia non petis quod
videtur, ſed quod non videtur. Quæ enim videntur, tem-
poralia ſunt: quæ autem non videntur æterna ſunt. Si
temporalia quæris, publicè, & aperto oſtio oras: ſi æter-
na quęris, ſecreta eſt oratio tua. Qui ergo illa, quæ non
videntur in veritate quæſierit, & illa, quæ videntur Deo
b Matth. 6.
remunerante percipiet; quia non mentitur qui dixit [b]:
Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc
Pro temporalibus quatenus Deũ orare debeamus.
omnia adijcientur vobis. Nec hoc ſic dicimus, vt pro
rebus temporalibus Deum non oremus, id eſt, pro ſa-
nitate corporum, aut pro pace temporũ, aut pro abun-
dantia fructuum. Debemus & iſta à Deo petere, ſed ſe-
Quæ debeat noſtra eſſe in oratione intẽtio.
cundo, & tertio loco, vt primas partes in omni inten-
tione noſtræ orationis amor animæ, & deſiderium

amor

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

æternæ obtineat. Et ideo ſiue in ieiuniis, ſiue in eleemoſynis, ſeu in orationibus in dextera vel in ſiniſtra hoc ſeruare ſtudeamus, vt quicquid agimus, nõ pro vanitate, vel cupiditate ſeculi, ſed pro amore æternæ beatitudinis faciamus.

Quis ſeruandus ſit ordo in eleemoſyna facienda.

CAP. XXXI.

CAETERVM in eleemoſyna facienda & illud obſeruandum venit, quod docet D. Auguſtinus [a]: Quid eſt, inquit: Facite miſericordiã? Si intelligis à te incipe. Quomodo enim es miſericors alteri, ſi crudelis es tibi? Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis. Quid eſt eleemoſyna? Miſericordia. Audi igitur Scripturam [b]: Et miſerere animę tuæ placens Deo. Mendicat à te anima tua. Redi ad conſcientiam. Quicumq; male viuis, quicumque infideliter viuis, redi ad conſcientiam tuam, & ibi inuenis mendicantem animam tuam, inuenis egẽtem, inuenis pauperem, inuenis ærumnoſam, inuenis fortè nec egentem, ſed egeſtate obmuteſcentem. Nam ſi mendicat eſurit iuſtitiam, fac prius illi eleemoſynam in iudicio, & charitate. Quid eſt iudicium? Reſpice & inueni; diſplice tibi; pronuntia in te. Et quid eſt charitas? Dilige Dominum in toto corde tuo, & tota anima tua, & tota mente tua: dilige proximum tanquam teipſum, & feciſti miſericordiam prius cum anima tua in conſcientia tua. Hanc autem eleemoſynã ſi prætermittis, de quanto vis, dona, quantũ vis retrahe de fructibus tuis, nõ decimas, ſed dimidias; nouẽ partes da, & vnam tibi dimitte: nihil facis, quando tecum non facis, & tecum pauper es. Rurſum idem alibi [c]: Qui, inquit, vult eleemoſynam ordinate dare, à ſe ipſo debet incipere, & eam ſibi primùm dare. Eſt enim eleemoſyna opus miſericordiæ, veriſſimeque dictum [d]: Miſerere animæ tuæ placens Deo. Non ergo ſe fallãt, qui per eleemoſynas quaſlibet largiſſimas fructuum ſuorum, vel cuiuſque pecuniæ, impunitatem ſe emere exiſtimant in facinorum ſuorum immanitate, ac flagitiorũ nequitia permanendo. Non ſolùm enim hæc faciunt, ſed ita diligunt, vt in iis ſemper optent tantum, ſi poſſent, impunè

a *ſerm. 30. de verbis Dom.*

Animę propriæ primum danda eſt eleemoſyna.

b *Eccleſ. 30.*

Magnitudo eleemoſynarum nõ prodeſt manẽti in peccato.

c *In enchirid. ad Lauren. cap. 76. & 77.*

d *Eccleſ. 30.*

Impunitas eleemoſynis non emitur in peccatis manendo.

verſari. Qui autem diligit iniquitatem, odit animam
a Pſal. 10.
ſuam [a]; & qui odit animam ſuam non eſt miſericors,
ſed crudelis. Diligendo eam quippe ſecundum ſeculum
odit eam ſecundum Deum. Si ergo vellet ei dare elee-
moſynam, per quam munda illi eſſent omnia, odiſſet
eam ſecundũ ſeculum, & diligeret eam ſecundum Deum.

Quare cùm Deus his temporibus ſatis ſuam in eccle-
ſiaſticos harum prouinciarum inferioris Germaniæ
monſtrauerit iram, & furorem, propter eorum, & ple-
bis, ſcelera, & delicta, ſic vt multi captiuitatem, ne-
cem, alij exilium; alij alias calamitates, & miſerias p-
peſſi ſint, eorumque eccleſiæ, & bona in deuaſtationem
& profanationem deuenerint: Idcirco ne nobis pe-
atque grauiora eueniant, neceſſum eſt, vt à prim-
infimum, & contra, ab infimo ad primum vitam
ſtram in meliorem emendemus, & eleemoſynam li-
beralitatem à nobis ipſis incipiamus, & ſinguli ſi-
bi primum faciãt, deinde aliis pauperibus, ad redimen-
Nullum tam graue delictũ, quod nõ extinguatur eleemoſynis.
da peccata noſtra. Nullum enim tam graue delictum
vt D. Ambroſius inquit [b], quod non purgetur ab-
tia, & eleemoſynis extinguatur. Ait enim ſanctus
b ſerm. 15.
c Eccleſ. 3.
pheta [c]: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemo-
extinguit peccatum. Magna ergo eſt eleemoſyna,
ardentium criminum globos beneuolentiæ ſuæ fo-
refrigerat, & quodam irriguo largitatis, obruit incendia
delictorum, vt quamuis offenſus Deus, quamuis cri-
nibus prouocatus cogatur liberare eleemoſynis, quos
Cogitur quodãmodo Deus à nobis noſtris actibus.
diſpoſuerat punire peccatis. Cogitur enim à nobis quo-
dammodo, dum compellitur pro actibus noſtris muta-
re ſententiam, & in vno eodemque homine nunc ſe-
ritate iudicis permoueri, nunc patris pietate ſ-
Pater enim nobis Deus eſt, cùm bene agimus;
noſter eſt, cùm peccamus. Compellitur ergo o-
noſtris Dominus, vt nobis ſuam miſericordiam
d Mat. 11. cap.
tur, atque ideo ipſe in euangelio ſancto dicit [d]: A di-
Ioannis Baptiſtæ regnum cœlorum cogitur, ac ra-
titur, & violenti rapiunt illud.
e de promiſſion. & prædiction. Dei. par. 2. cap. 7.

Quapropter ipſemet Dominus, vt ait D. Proſper [e],
Scribis, & Phariſæis ſingulare ſacrificium oſtendi-
f Lucæ 11.
cens [f]: Veruntamen dico vobis, date eleemoſynam

ecce vobis munda ſunt omnia. O quàm breue compendiumque ſacrificium, quod intrinſecus, atque extrinſecus, totumque hominem mũdat. Eleemoſyna à morte liberat, & ipſa purgat peccata. Eleemoſyna munus bonum eſt omnibus facientibus eam corã ſummo Deo. Hæc eſt, quæ perpetuos ignes extinguit. Hæc eſt, quæ reſiſtit peccatis. Hæc eſt, quæ Chriſtum paſcit eſurientem in paupere. Hæc veſtit nudum, hæc viſitat infirmũ; hæc peregrinum hoſpitio accipit. Hæc eſt, quæ omnem anguſtiam carceris tollit; hæc omnẽ inopiam finit. Hæc omnibus confert remedia. Hęc vitam æternam comparat, hæc fænerat Deum. Hæc continet regnum cœlorũ; hæc eſt, quæ diſcernit agnos ab hædis; hæc eſt, quæ ad dextram collocat iudicis; hæc angelis ſociat. Hæc ex ſeruis filios Dei fieri præſtat. Cõcurrite omni ex genere peccatores; concurrite omnes ex vitiis erroribusq; leproſi: Cõcurrite omnes quolibet flagitio maculati, atq; immundi pœnitẽtes, vouentesq; concurrite ad tam magnum compẽdioſum vtileq; ſacrificium cum omni lætitia offerentes. Hilarem enim datorem diligit Deus. Vnusquiſq; quod offerat habuerit, hoc offerat munus. Quod ita noſter princeps ſacerdotũ inſtituit, acceptúmque præ omnibus eſſe mandauit, vt vſq; ad duo minuta calicemq; aquæ frigidæ menſuras huius perduxerit ſacrificij, pacẽ promittens, etſi hęc deſunt, hominibus bonæ voluntatis. Itaq; hoc vnũ ſtudioſè nũc agendũ eſt eccleſiaſticis, & pręſertim Canonicis, vt tã ſint liberales in dictis eleemoſynis ad redimẽda ſua peccata, quã fuerũt plerumq; liberales ad ſuppeditandũ ſumptus, quò repulſa SS. Cõcilij Tridẽtini reformatione, in antiqua ſua exẽptione, & impunè peccãdi libertate permanere poſſent.

De beneuolentia. CAP. XXXII.

QVIA D. Ambroſij ſententiam ſecuti ſupra beneficentiam in liberalitatem, & beneuolentiam diuiſimus: pertractatis iis, quæ ad liberalitatem deuotorũ, huic noſtro inſtituto congruẽtia, pertinere videntur, proximũ nũc eſt, vt de beneuolẽtia tractemus: quæ duplex eſt: alia enim eſt, quã quiſq; erga nos habet, cui primũ illud in officio eſt, vt ei plurimũ tribuamus, à quo plurimũ diligimur. Sed hãc nõ adoleſcẽtulorum

Inſignes eleemoſynæ effectus. Tob. 4.

Beneuolentia duplex eſt.

more, ardore quodam amoris, ſed ſtabilitate potius,
a Cic.lib.1.offi.
conſtantia iudicare debemus [a]. Et hæc beneuolentia
b lib.1. offic. cap.32.
beralitati coniuncta eſt. Imò, vt D. Ambroſius inquit,
ab illa liberalitas proficiſcitur; quia non ſatis eſt bene
c c. non ſatis. diſt.86. et Ambroſ.d.lib.1. offic. cap 30.
facere, niſi id ex bono fonte, hoc eſt, ex bona volunt
proficiſcatur [c]. Altera verò beneuolentia eſt, quam
bemus illi, à quo beneficium accepimus, ita vt non
Gratitudo.
eunda, ſed referenda ſit gratia; atque tunc in ea ma
quædam cura adhibenda eſt. Nullum enim officium
ferenda gratia magis neceſſarium eſt. Quod ſi ea, q
acceperis vtenda maiore menſura (ſimodo poſſis)
reddere Heſiodus: Quidnam beneficio prouocati fa
debemus? an non imitari agros fertiles, qui multo p
afferunt, quam acceperunt? Etenim ſi in eos, quos ſ
mus nobis profuturos non dubitamus officia con
quales in eos eſſe debemus, qui iam profuerunt?
d lib.1. offic.
circa Cicero duo genera liberalitatis conſtituens
Duo liberalitatis genera.
dandi beneficij, alterum reddendi; demus, inquit,
in noſtra poteſtate eſt: non reddere, viro bono n
ſi modo id facere poſſit ſine iniuria. Acceptorū
beneficiorum ſunt delectus habendi; nec dubium
Acceptorū beneficiorū quis delectus ſit habendus.
maximo cuique plurimum debeatur. In quo tamen
primis quo quiſque animo, ſtudio, beneuolētia fec
ponderandum eſt. Multi enim multa faciunt temer
quadam, ſine iudicio, vel modo in omnes, vel rep
quodam, quaſi vento, impetu animi incitati. Quæ bene
ficia æquè magna non ſunt habenda, atque ea, quæ
cio, conſideratè, conſtanterque delata ſunt. Sed in co
locando beneficio, & in referenda gratia, ſi cætera pa
ſunt, hoc maximè officij eſt, vt quiſque maximè
indigeat, ita ei potiſſimùm opitulari. Quod contra
pleriſque: à quo enim plurimum ſperāt, etiamſi ille
e Cic.d.lib.1.de offic.
non eget, tamen ei potiſſimùm inſeruiunt [e].

f lib.1.cap.31.
Quod nec D. Ambroſium [f] de officiis ſcribentem
tuit: Pulchrum, inquit, eſt, propenſiorem eius habere
tionem, qui tibi beneficiū aliquod, aut munus contulit,
ſi ipſe in neceſſitatem incidit. Quid enim tam contra
ficium, quàm non reddere quod acceperis? Nec mi
pari, ſed vberiore reddendum arbitror, & vſum pe
dum beneficij, vt tantò ſubuenias, quantò eius e

repo

repellas. Etenim ſuperiorem non eſſe in referẽdo, quàm in conferendo beneficio, hoc eſt, minorẽ eſſe. Quoniam qui prior contulit, tempore ſuperior eſt, humanitate prior. Vnde imitanda nobis eſt in hoc quoq; natura terrarum, quæ ſuſceptum ſemen multiplicatiori ſolet numero reddere, quàm acceperit. Eſto igitur, vt aliquis excuſare poſſit, quod non dederit, quomodo excuſare poteſt, quod non reddiderit? Non dare cuiquã vix licet: non reddere verò non licet. Ideo pulchrè Salomon ait [a]: Si ſederis cœnare ad menſam potentis, ſapienter intelligito, quæ apponuntur tibi, & mitte manum tuam; ſciens quod oportet te talia præparare. Si autem inſatiabilis es; noli concupiſcere eſcas eius; hæc enim obtinet vitam fallacem. Quem nos imitari cupientes ſententias ſcripſimus: Conferre gratiam bonum eſt; at qui referre neſcit duriſſimus. Humanitatis exemplum ipſa terra ſuggerit; ſpontaneos fructus miniſtrat, quos non ſeueris; multiplicatum quoque reddit, quod acceperit. Negare tibi pecuniam numeratam non licet, quomodo licet acceptam non referre gratiam? In Prouerbiis quoque habes, quod ita plurimum redhibitio iſta gratiæ apud Deum conſueuit valere, vt etiam in die ruinæ inueniat gratiam, quando poſſunt præponderare peccata. Et quid aliis vtar exemplis, cùm Dominus ipſe remunerationem vberiorem ſanctorum meritis in euãgelio polliceatur, atque exhortetur, vt operemur bonũ opus, dicens [b]: Dimittite, & dimittetur vobis: Date, & dabitur vobis: menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum.

a Prouerb. 23.

Sententiæ aliquot ad demonſtrandam gratitudinem.

b Luc. 6.

Quid autem ſi reddendi nulla facultas ſuppetit? In beneficio reddendo, vt D. Ambroſius inquit [c], plus animus, quàm ſenſus operatur, magiſque præponderat beneuolentia, quàm poſſibilitas referendi muneris. Gratia enim in eo ipſo quod habetur, refertur. Magna igitur beneuolentia, quæ etiamſi nihil conferat, plus exhibet, & cum in patrimonio nihil habeat, largitur omnibus, idque facit ſine vllo ſuo diſpendio, & lucro omnium. Et ideo præſtat beneuolentia ſuper ipſam liberalitatem. Diues illa moribus, quàm hæc muneribus. Vbi enim deeſt liberalitas, beneuolentia manet communis quædã

c d. lib. 1. offic. cap. 32.

Gratia quomodo referatur.

Beneuolẽtia liberalitate potior eſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

parens omnium, quæ amicitiam connectit, & cop
In conſiliis fidelis, in proſperis læta, in triſtibus m
vt vnuſquiſque beneuolentis ſe magis, quàm ſapi
credat conſiliis. Tolle ex vſu hominum beneuolen
tanquam ſolem è mundo tuleris, quia ſine ea vſus
minum eſſe non poteſt: vt peregrināti monſtrare vi
reuocare errantem, deferre hoſpitium, aquam de
profluenti dare, lumen de lumine accendere. Beneuol
tia itaque in his eſt omnibus, tanquam fons aquæ
ciens ſitientem, tanquam lumen quod etiam in aliis
ceat, nec illis deſit, qui de ſuo lumine aliis lumen
derint. Eſt etiam illa beneuolentiæ liberalitas, vt
habes debitoris non ſoluendo chyrographum,
debitore conſecutus ſcindens reſtituas, quod e
ſui facere nos debere ſanctus Iob admonet[a]. N
habet, non mutuatur; qui non habet, non libe
grapham. Quid igitur etiamſi ipſe non exiga
hæredibus reſeruas, quam potes cum beneuolen
de ſine damno pecuniæ repræſentare?

Sine beneuolentia vſus hominum eſſe non poteſt.

Beneuolentię in vſu hominum neceſſitas.

a Iob 31.

Porrò beneuolentia, quæ de paradyſo egreſſa
Ambroſius inquit[b], mundum repleuit, auge
eccleſiæ, fidei conſortio, initiandi ſocietate, perc
gratiæ neceſſitudine, myſteriorum communione.
tum ad illam cumulandam adiuuant parium ſtudi
tutum. Siquidem beneuolentia etiam morum ſi
militudinem. Inter diſpares verò mores, & ſtudia
pugnantia beneuolentia eſſe non poteſt. Nihil q
tam inſociabile, quàm cum æquitate iuſtitia, quæ
compar, & ſocia beneuolentiæ, facit, vt eos, quos
nobis credimus, diligamus: Beneuolentia facit, vt
vulnera vtilia magis, quàm voluntaria inimic
ſint. Beneuolentia facit, vt vnus fiat ex pluribus
niam etſi plures amici ſint, vnum fiunt, in quib
ſpiritus, & vna ſententia eſt. Simul aduerti
correptiones in amicitia gratas eſſe, quæ aculeo
dolorem non habent. Compungimur enim
ſermonibus, ſed beneuolentiæ delectamur
Ad ſummam non omnibus eadem ſemper officia
bentur, nec perſonarum ſemper, ſed plerumque ca
& temporum prælationes ſunt, vt vicinum quis
dum

b lib. 1. offic. cap. 32. & 33.

Beneuolentia etiam morũ facit ſimilitudinem.

Correptiones in amicitia gratæ ſunt.

dum magis, quàm fratrem adiuuerit; quoniam & Salomon dicit[a]: Melior eſt vicinus in proximo, quàm frater longè habitans. Et ideo plerumque amici ſe beneuolentiæ quiſque potius committit, quàm fratris neceſſitudini. Tantum valet beneuolentia, vt plerumque pignora vincat naturæ[b].

a *Prouerb. 27.*

b *Ambroſ. d. lib. 1. offic. cap. 34.*

De amicitia & charitate. CAP. XXXIII.

CVM amicitia ex beneuolentiæ fonte procedat, & amici mutuæ beneuolentiæ ſuæ ſe committãt, vt D. Ambroſius inquit[c], nunc de illa agere inſtituimus. Eſt autem amicitia rerum humanarum & diuinarum cum beneuolentia, & charitate conſenſio[d]. Charitas verò eſt, definitore D. Auguſtino[e], motus animi ad fruendum Deo propter ipſum, & ſe atque proximo propter Deum. Seu: Eſt virtus diuinitus infuſa, qua Deus diligitur ſincerè propter ſe, & proximus propter Deum. Nihil ita humano generi nocere conſueuit, vt amicitiam contemnere, neque eam magno cum ſtudio, & tota obſeruatione ſeruare: ſicut è cõtra nihil eſt, quod itares humanas moderetur, ac dirigat, vt hanc omnibus viribus perſequi, quod profectò Chriſtus inſinuans dicebat[f]: Si duo ex vobis conſenſerint in vnum, quicquid petierint accipient. Et rurſus: Cùm abundauerit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. Eiuſmodi profectò contemptus, vt D. Ioannes Chryſoſtomus inquit[g], omnes hæreſes genuit: quippe ex eo, quod non diligerent fratres, ſecundis eorum ſucceſſibus inuidebant. Ex ea autem, inuidia, dominationis ambitione tenebantur: Porrò ex ea ambitione hæreſes naſcebantur. Idcirco & cùm Paulus dixiſſet[h]: vt denunties quibuſdã non aliter docere, modũ etiam ſuggerit, quò id fieri poſſit, nimirum per charitatẽ. Quemadmodum deniq; dicitur[i]: Finis legis Chriſtus, hoc eſt, impletio; ita & præceptum iſtud charitati cõiungitur, atq; ex ea depẽdet. Medicinæ nempe finis, ſanitas eſt. Itaq; cùm adeſt ſanitas, præcepto, ac denũtiatione nihil opus eſt. Charitatẽ verò cuiuſmodi dicit? ſincerã, & quę nõ verbis tantũ, ſed quę ex clementia, & intimo cordis affectu, proximorumque

c *d. lib. 1. offic. cap. 31. & 34.*

Amicitia quid ſit.

d *Auguſt. lib. 3. contra academic. cap. 6.*

e *lib. 3. de doct. Chriſt. cap. 10.*

f *Matt. 18, 24.*

g *Hom. 2. ad 1. Timoth. 1.*

Hæreſes ex cõtẽptu amicitiæ ſunt ortæ.

h *Tit. 1.*

i *Rom. 10.*

Quæ charitas finis ſit præcepti: et cuius cõtemptu hæreſes naſcuntur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita impura ſchiſmata facit.

miſeratione proueniat, Ex corde, inquit, puro, ſiue recta conuerſatione, ſiue de chariſsima amicitia intelligendũ ſit: quippe & vita impura ſchiſmata facit. Omnis enim, qui malè operatur odit lucẽ. Nam & in malis dilectio inuenitur: puta latrones latrones amãt, & homicidæ homicidas. Verùm nõ eſt ea dilectio ex conſcientia bona, ſed mala: Neque ea ex puro corde, ſed ex impuro perficitur, neque ex fide non ficta. Fides enim quod verum eſt iudicat. Et ex ſincera fide charitas gignitur. Qui enim veraciter in Deum credit, nunquam prorſus à charitate deſiſtere poterit. A quibus, inquit Paulus[a], quidam aberrantes, conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores, non intelligentes, neque ea, quæ dicunt, neque de quibus affirmant. Nam cùm anima deſerta, & contempta charitate ſe ipſam negotiis carnalibus penitus dederit, hebetatur illius acies, ac prorſus obtunditur, atque vbi ſic à charitate deciderit, neceſſariò ad contentionis deuoluitur ſtudia, iamq; mentis acies nihil aliud quàm rixas conſpicari poteſt.

Ex ſincera fide charitas gignitur.

a 1. Timot. 1.

b lib. 3. offic. cap. 15.

Amicitia honeſtatẽ ſequitur.

c 1. Reg 20.

d 1. Reg. 21.

D. verò Ambroſius[b] eam amicitiam dicit probandam, quæ honeſtatem tuetur, præferendam ſanè opibus, honoribus, poteſtatibus: honeſtati verò præferri non debere, ſed honeſtatem ſequi. Qualis fuit Ionathæ, qui pro pietate nec offenſam patris, nec ſalutis periculum refugiebat[c]. Qualis fuit Achimelech[d], qui pro hoſpitalis gratiæ officiis necem potius, quàm proditionem fugientis amici ſibi ſubeundam arbitrabatur.

An amici cauſa contra patriam vel fidẽ quid fieri poſſit.

e d. lib. 3. cap. 16.

f Prouerb. 25.

Sunt tamen plerçque quçſtiones: Vtrùm amici cauſa quiſquam contra patriam ſentire, nec ne debeat, vt amico obediat: vtrùm oporteat vt fidem deſerat, dum indulget, atque intendit amici commoditatibus. Quibus quçſtionibus D. Ambroſius reſpondendo dicit[e] honeſtatem amicitiæ ſtudio non prætereundam. Siquidem ſcriptura ait[f]: Claua & gladius, & ſagitta ferrata, homo eſt teſtimonium dans falſum aduerſus amicum ſuum. Conſiderandum enim quid ſcriptura aſtruat, Non teſtimonium reprehendit dictum in amicum, ſed falſum teſtimonium. Quid enim ſi Dei cauſa, quid ſi patriæ cogatur aliquis dicere teſtimonium? Nunquid præponderare debet amicitia religioni? præponderare charitati ciuium?

In

In his tamen ipſis rebus requirenda eſt veritas teſtimonij, ne amicus appetatur amici perfidia, cuius fide abſolui debebat. Amicus itaque neque noxio gratificari debet, neque innocenti inſidiari. Sanè ſi neceſſe ſit dicere teſtimonium, ſi quid in amico vitij cognouerit, corripere occultè; ſi nō audierit, corripere palam debet. Sunt enim bonæ correptiones, & plerumque meliores, quàm tacita amicitia. Etſi lædi ſe putat amicus, tu tamen corripe. Etſi amaritudo correptionis animū eius vulneret, tu tamē corripere ne verearis. Tolerabiliora ſunt enim amici vulnera, quàm adulantium oſcula. Errantē igitur amicum corripe; innocentem amicum ne deſeras. Conſtans enim debet eſſe amicitia, & perſeuerare in affectu, non puerili modo amicos mutare vaga quadam debemus ſententia.

Amicus neque noxio gratificari debet, neq; innocenti inſidiari.

Quatenus amicus corripiēdus ſit.

Tolerabiliora ſunt amici vulnera, quàm adulātium oſcula.

Prouerb. 27.

Aperi pectus tuum amico, vt fidelis ſit tibi, & capias ex eo vitæ tuæ iucunditatem. Fidelis enim amicus medicamentum eſt vitæ, & immortalitatis gratia. Defer amico, vt æquali; nec te pudeat, vt præuenias amicum officio. Amicitia enim neſcit ſuperbiam. Ideo Sapiens dicit [a]: Amicum ſalutare nō erubeſcas, nec deſeras amicum in neceſſitate, nec derelinquas eū, neque deſtituas: quoniam amicitia vitæ adiumentum eſt. Idcirco in ea onera noſtra portemus, ſicut Apoſtolus docuit. Dicit enim his, quos eadem complexa eſt charitas; Etenim ſi amici ſecundæ res amicos adiuuant; cur non & in aduerſis amici rebus amicorum adiumentum ſuppetat? Iuuemus conſilio, conferamus ſtudia, compatiamur afflictis; ſi neceſſe eſt, toleremus propter amicum etiam aſpera. Plerumque inimicitiæ ſubeundæ ſunt propter amici innocentiam, ſæpe obtrectationes, ſi reſtiteris, vel reſponderis, cùm amicus arguitur, & accuſatur: nec te pœniteant eiuſmodi offenſiones. Iuſti enim vox eſt [b]: Etſi mala mihi euenerint propter amicum, ſuſtineo. In aduerſis enim amicus probatur. Nam in proſperis amici omnes videntur. Sed vt in aduerſis amici patientia, & tolerantia neceſſaria: ſic in proſperis auctoritas cōgrua eſt, vt inſolentiam extollentis ſe amici reprimat, & redarguat. Quàm pulchrè in aduerſis poſitus Iob dicit [c]: Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos amici mei.

Amicitia neſcit ſuperbiam.

a *Eccleſ. 22.*

Quomodo iuuandi ſint amici.

b *Eccleſ. 22.*

In aduerſis amicus probatur.

c *19. cap.*

Non quaſi abiecta vox iſta eſt, ſed quaſi cẽſoria. N
cùm iniuſtè argueretur ab amicis, reſpondit: Miſe
mini mei, amici, hoc eſt, miſericordiam debetis ho
Opprimitis autem vos, & impugnatis hominem, qu
erumnis compati pro amicitia vos oportebat.

Amicitia huius vitæ eſt ſolatium.

Seruate igitur initam cum fratribus amicitiam, q
nihil eſt in rebus humanis pulchrius. Solatium qu
vitæ huius eſt, vt habeas cui pectus aperias tuum,
quo arcana participes, cui committas ſecretum pe
tui, vt colloces tibi fidelem virum, qui in proſperis
tuletur tibi, in triſtibus compatiatur, in perſecuti
bus adhortetur. Hic eſt amicitiæ fructus; non vt
propter amicitiam deſeratur. Non poteſt enim ho
amicus eſſe, qui Deo eſt infidus. Pietatis cuſtos am
eſt, & æqualitatis magiſtra: vt ſuperior inferiori ſe
hibeat æqualem, inferior ſuperiori. Inter diſpares
mores non poteſt eſſe amicitia: Et ideo conueni
vtriuſque debet gratia: Nec auctoritas deſit inferio
res popoſcat; nec humilitas ſuperiori. Audiat hic
parem, quaſi æqualẽ; & ille quaſi amicus moneat
ctãtiæ ſtudio, ſed affectu charitatis. Neq; monit
ra ſit, neq; obiurgatio cõtumelioſa, ſicut enim adul
nis fugitãs amicitia debet eſſe, ita etiã aliena inſol

Non poteſt homini eſſe amicus, qui Deo fuerit infidus. Pietatis cuſtos amicitia eſt.

Amicus quis ſit.

Quis eſt enim amicus, niſi conſors amoris, ad qu
animum tuum adiungas, atque applices, & ita miſc
vt vnum velis fieri ex duobus; cui te tãquam alter
committas: à quo nihil timeas; nihil ipſe commod
cauſa inhoneſtum petas. Non enim vectigalis ami
eſt; ſed plena decoris, plena gratiæ. Virtus eſt enim a
citia non quæſtus, quia nõ pecunia quæritur, ſed g
nec licitatione pretiorũ, ſed cõcertatione beneuo
Deniq; meliores amicitiæ ſunt inopum pleruũq;
diuitum, & frequenter diuites ſine amicis ſunt,
abundant pauperes. Non eſt enim vera amicitia
fallax adulatio. Diuitibus itaq; pleriq; aſſentator
tificãtur: erga pauperes nemo ſimulator eſt. Verum
quicquid defertur pauperi; huius amicitia inuidia

Amicitia virtus eſt, nõ quæſtus.

Amicitiæ inopum meliores plerũque ſunt, quàm diuitũ.

Amicitia angelis & hominibus communis eſt.

Quid amicitia pretioſius, quæ angelis commu
hominibus eſt? Vnde & Dominus IESVS dicit:
te vobis amicos de iniquo mammona, qui recip

a Luc. 16.

in æterna tabernacula ſua. Ipſe nos Deus amicos ex ſer-
uis facit, ſicut ipſe ait[a]: Iam vos amici mei eſtis, ſi fe- *a Io.15.*
ceritis quæ ego præcipio vobis. Dedit formã amicitiæ, *Forma amici-*
quam ſequamur; vt faciamus amici voluntatẽ, vt ape- *tiæ.*
riamus ſecreta noſtra amico, quęcumque in pectore ha-
bemus, & nos illius arcana non ignoremus; oſtẽdamus
nos illi pectus noſtrum, & ille nobis aperiat ſuum. Ideo,
inquit[b], vos dixi amicos, quia omnia, quæcumq; audiui *b Io.15.*
à Patre meo nota feci vobis. Nihil ergo occultat ami-
cus, ſi verus eſt, effundit animum ſuum, ſicut effunde-
bat myſteria Patris Dominus Iesvs. Ergo qui facit
mandatũ Dei, eius amicus eſt; & hoc honoratur nomi-
ne. Qui eſt vnanimis, ipſe amicus eſt; quòd vnitas ani-
morum in amicis ſit. Neq; quiſquã deteſtabilior, quàm *Nihil deteſta-*
qui amicitiam lęſerit. Vnde in proditore Dominus hoc *bilius quam a-*
grauiſſimum inuenit; quo eius cõdemnaret perfidiam, *micitiã lædere.*
quod gratiæ vicem non repræſentauerit, & conuiuiis
amicitiæ venenum malitiæ miſcuerit. Itaq; ſic ait[c]: Tu *c Pſal 54.*
verò homo vnanimis, dux meus & notus meus, qui
ſemper mecum dulces capiebas cibos, hoc eſt, Non po-
teſt ſuſtineri iſtud, quia vnanimis appetiſti eum, qui tibi
donauerat gratiam. Nam ſi inimicus meus maledixiſſet
mihi, ſuſtinuiſſem vtique, & ab eo, qui me oderat ab-
ſcondiſſem me. Inimicus vitari poteſt, amicus non po-
teſt, ſi inſidiari velit. Illum cauemus, cui non commit-
timus conſilia noſtra; hunc cauere non poſſumus, cui
commiſimus. Itaque ad aceruandam peccati inuidiam,
non dixit: Tu verò ſeruus meus, Apoſtolus meus; ſed
vnanimis meus; hoc eſt, non meus, ſed etiã tuus prodi-
tor es, qui vnanimẽ prodidiſti. Beatus itaq; qui inuenit *Beatus qui in-*
amicum verũ, & fidelem, nam qui inuenit illũ, inuenit *uenit amicum*
theſaurum, cui nulla eſt cõparatio, & nõ eſt digna pon- *verum, & fi-*
deratio auri, & argenti contra bonitatẽ fidei illius: pro- *delem.*
tectio fortis eſt, medicamentũ vitæ, & immortalitatis.
Qui metuunt autem Dominum inuenient illum[d]. *d Eccleſ.6.cap.*
D. Ioannes Chryſoſtomus explicans iſta verba Do-
mini[e]: Vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine *e Matt.18.cap.*
meo, ibi ſum in medio eorum. Tale eſt, ait, quod dici- *Hom.61.*
tur, Si quis propter me principaliter charitate proxi-
mo coniungitur, ſecum ipſe ſum, ſi ad hoc virtutis
etiam

etiam opus adiecerit, Nunc autem complures video alias quaſdā cauſas amicitiæ quærere: nam alius amat quia redamatur; alius quia honore afficitur; alius, quia vtilitati ſibi eſſe, aut fore hominem putat. Chriſti vero cauſa difficillimè quenquam inuenies, qui amicum, vt oportet, diligat; ſed omnes fere ſecularium vinculorum inter ſe vinciuntur. Non ita quippe Paulus, ſed propter Chriſtum diligebat. Quare quamuis non tantum amabatur, quantum amabat, tamen quoniam ſpiritualis amoris radices iecit, non diſſoluit charitatē. Nunc ſi omnia diligentiori cura ſcrutabimur, amicitiarum efficientia, commoda magis ſecularia, quàm hoc inueniemus. Nam qui caducis, citoq; inſtabilibus cauſis copulantur, eorum coniunctio perpetua eſſe nō poteſt. Sed vel contemptus, vel pecuniarum iactura, vel liuor, vel gloriæ cupiditas, vel aliud huiuſmodi amicitias diſſoluta, diſſidium inducet. Vbi ſi ſpiritalis eſſet radix, nulla res ſecularis eam euelleret.

Chriſti cauſa diligendus eſt amicus.

Quæ amicitia & charitas optima ſit.

CAP. XXXIIII.

EA certè charitas, quæ Chriſti cauſa fundatur, firma, ſtabilis, atque inuicta eſt, nec vlla re conquaſſatur, non obtrectatione, non periculis, non morte, nō alia re temporali. Nam qui hac de cauſa diligit, nullo diſſidio diſiungetur. Qui enim amat, quoniam redamatur, ſi quid minus iucundum ab amico ad eum profectum fuerit, finem amandi ilico facit. Qui verò Chriſti charitate amicis conglutinatur, nunquam ab amādo deſiſtit. Idcirco Paulus quoque dicebat[a]: Charitas nunquam excidet. Quid enim dicere poteris, an quia honoratus te contumeliæ vicem honoris loco retulit? An quia beneficiorum gratia interficere conatus eſt? Sed ſi propter Chriſtum diligis, hæc ipſa ad maiorem te impellent charitatem. Omnia enim quę ſeculares amicitias diſſoluunt, ſpiritalem confirmant amorem magis, atque ſtabiliunt. Quo pacto? inquis: Primùm quia hic præmia tibi parat amicus. Deinde quia magis ope indiget tua, qui ſic miſerè affectus. Quapropter qui hoc amore ſpiritali diligit, non generis nobilitatem; non præſtantiā patriæ,

Amicitia Chriſti cauſa fundata, perpetua eſt.

a 1. Corinth. 13. c. charitas nunquā. de pœnit. diſt. 2.

Spiritalis amicitia quomodo cōfirmetur & ſtabiliatur.

non excellentes diuitias, non denique quantum redametur inueſtigat, verumetiam ſi odio habeatur, ſi contemnatur, ſi interficiatur, quoniam ſufficiens ſibi ad amandū Chriſtus cauſa eſt, perſeuerat in amore. Firmus ergo ac ſtabilis ſtat, fixus, & immobilis ad Chriſtum reſpiciens, à quo inimici, cōtemptores, obtrectatores, perſecutores, qui nec videre ipſum æquo animo poterant, ſupremo amore, quo maiorem excogitare non poſſumus, amati ſunt. Maiorem enim hoc amorem nemo vnquam habuit, quàm vt aliquis animā ponat pro amicis ſuis. Et conſidera quoniam etiam eos, qui crucifixerunt ipſum, qui ſummo furore aduerſus ipſum inſaniebant, magno ſtudio ſanare conabatur. Sic enim ad Patrem de illis dicit[a]: Dimitte eis; neſciunt enim quid faciunt. Et diſcipulos quoque poſtea ad ſaluandos eos miſit. Hanc igitur charitatem imitemur, & ad hanc quaſi ad exemplar reſpiciamus, vt imitatores Chriſti facti, tam præſentia, quàm futura bona conſequamur.

a *Lucæ 23. c. paratus. 23. q. 1.*

Et ad hunc amorem amplectendum facit & illud, quod D. Auguſtinus ſcripſit[b]. Eſt, inquit, amicitia quædam adhuc carnalis per conſuetudinē cohabitandi, colloquendi, ſimul conuerſandi, vt contriſtetur homo, quando deſeritur ab amico, cum quo ſolet colloqui, & habere coniunctiones. Conueniunt duo homines, ambulant ſecum triduo, & iam nolunt à ſe recedere; & iſta quædam amicitiæ dulcedo eſt; honeſta quidē, ſed conſuetudinis, non rationis. Habent enim illam & pecora. Eſt & alia ſuperior amicitia, non conſuetudinis, ſed rationis, qua diligimus hominem propter fidem, & mutuam beneuolentiam in iſta vita mortali. At ſuperius quicquid iam inuenerimus diuinum. Incipiat homo amare Deum, & non amabit in homine niſi Deum. Sed videndum amicitię amor qualiter debeat eſſe gratuitus. Non enim propterea debet habere amicum vel amare, vt aliquid ſibi præſtet. Si propterea illū amas, vt præſtet tibi vel pecuniam, vel aliquod commodum temporale, non illum amas, ſed illud quod præſtat. Amicus gratis amandus propter ſeſe, non propter aliud. Si hominem te hortatur amicitię regula, vt gratis diligas, quam gratis amandus eſt Deus, qui iubet, vt hominem diligas?

b *Hom. 38. lib. quinquag. Homil.*

Amor debet eſſe gratuitus.

Nihil

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nihil delectabilius Deo. Nam in homine ſunt, quæ
fendant, per amicitiam tamen cogis te, vt etiam
quæ offendunt in homine toleres propter amicitiam.
ergo non debes propter quædam toleranda diſſoluere
hominis amicitiam; Dei amicitia quibus rebus de
cogi, vt diſſoluatur à te? Deus non eſt, qui te offendat
tu enim nõ offendas: Nihil illo pulchrius, nihil illo
Quomodo amemus Deum, quem non videmus. cius. Sed dicturus es mihi non illum video, quomodo
ſum amaturus, quem non video? Et quomodo
amare, quod iſtis oculis non potes videre? Ecce
amicum hominem fortè ſenem; quid amas in ſene
curuum corpus; album caput; rugas in fronte;
maxillã? Si corpus quod vides non amas, quia de
eſt; vnde vides quod amas? Si enim quæram à te
amas? Reſponſurus es mihi; homo eſt fidelis.
amas. Si fidem amas; quibus oculis videtur fides
oculis videtur Deus. Incipe ergo Deum amare,
bis hominem propter Deum.

Deus nõ eſt diligẽdus propter præmium temporale. Cauere debes, ne propter præmiũ temporale
Deum, euelle cor tuum ab amore creaturæ, vt
creatori, & dicas quod in Pſalmo ſcriptum eſt
a Pſal. 72. autem adhærere Deo bonum eſt: Nihil aliud
ipſum adhærere illi, hoc eſt gratuitum bonum
Cùm ergo cœperis amare gratis ſecuritas eſt;
cum gratis amas, & ad hoc eum amas, vt tecum
Deum. Et quia tu iam talem ſalutẽ deſideras, quæ
na eſt, ad ipſam ſalutem diligis amicum tuum, &
quicquid vis amico tuo præſtare, ad hoc vis præſtare
illam tecum teneat ſalutem. Amas enim iuſtitiam
illum eſſe iuſtum. Amas ſub Deo eſſe; vis & illum
ſub Deo. Amas vitam æternam, illic cum vis
regnare in æternum. Inimicum tuum vides
te; iniquitas eſt quæ te perſequitur. In illo
bes miſericordia, febrit in anima. Quomodo
cus huius ſeculi, ſecundum ſeculum amans
febrem vult pellere de amico ſuo, quem ſimiliter
vt ſe, propter præſentem ſalutem. Sic tu quem
diligis, propter vitam æternam dilige. Cùm
iram, odium, indignationẽ, iniquitatem, ſic conc
pellere morbum animi, quomodo amicus ſeculi

corpo-

corporis. Ad hoc enim amas, vt facias quod & tu es; & erit in te perfecta charitas. Sicut enim radix omnium malorum eſt cupiditas: ita & radix omnium bonorum eſt charitas, & ſimul ambæ eſſe nõ poſſunt. Niſi vna penitus euulſa fuerit, alia plantari non poteſt. Sine cauſa conatur aliquis incidere ramos, ſi radicem non contendit euellere[a]. Totam magnitudinem, & latitudinem diuinorum eloquiorum ſecura poſſidet charitas, qua Deũ proximumque diligimus. Si ergo non vacat omnes paginas ſacras ſcrutari, omnia inuolucra ſermonum euoluere, omnia ſcripturarum ſecreta penetrare: tene charitatem, vbi pendent omnia: ita tenebis quod ibi didiciſti, tenebis etiam quod nondum didiciſti. Ille enim tenet & quod patet, & quod latet in diuinis ſermonibus, qui charitatem tenet in moribus.

a c. quia radix. de pœnit. diſt. 2. c. bonorũ. diſt. 47.

Quapropter, fratres, ſectamini charitatẽ, dulce ac ſalubre vinculum mentium, ſine qua diues pauper eſt; & cum qua pauper diues eſt. Hæc in aduerſitatibus tolerat; in proſperitatibus temperat; in duris paſſionibus fortis; in bonis operibus hilaris; in tentatione tutiſſima; in hoſpitalitate latiſſima; inter veros fratres lætiſſima; inter falſos patientiſſima. Sed quid ego de charitate maius, aut vberius poſſim dicere, quã quod per os Apoſtoli[b] laudes eius intonat Dominus ſupereminentem viam demonſtrantis, atque dicentis: Si linguis hominũ loquar, & angelorũ, charitatem autem nõ habeam, factus ſum æramẽtum ſonans, aut cymbalum tinniẽs. Et ſi habuero prophetiã, & ſciero omnia ſacramẽta, & omnem ſcientiam, & habuero omnẽ fidem, ita, vt montes transferã, charitatem autẽ non habeam, nihil ſum. Et ſi donauero omnes facultates meas, & ſi diſtribuero omnia mea pauperibus, & ſi tradidero corpus meũ, vt ardeã, charitatem autẽ non habeã; nihil mihi prodeſt. Charitas magnanima eſt; benigna eſt. Charitas nõ æmulatur, nõ agit perperã; non inflatur, non dehoneſtatur, non quærit quæ ſua ſunt; non irritatur; nõ cogitat malum, nõ gaudet ſuper iniquitatẽ; congaudet autẽ veritati: Omnia tolerat; omnia credit; omnia ſperat; omnia ſuffert charitas, nunquam cadit. Quanta eſt iſta? Animarũ ſalus; ſciẽtiæ ſolidamentũ; fidei fructus; diuitiæ pauperũ; vita morientiũ.

Inſignes charitatis effectus et proprietates.

b 1. Corinth. 13.

Quid

Quid tam magnanimũ, quàm pro impiis mori? Q
tam benignum, quàm inimicos diligere? Sola eſt, q
felicitas aliena non premit; quia non æmulatur. Sola
quam felicitas ſua non extollit; quia nõ inflatur. Sola
quam conſcientia mala non pungit; quia non agit
peram. Inter opprobria ſecura eſt; inter odia
eſt; inter iras placida eſt; inter inſidias innocẽs; inter
quitates gemens; in veritate reſpirans. Quid illa
non ad retribuendas, ſed ad non curandas iniurias
illa facilius, nõ vanitate, ſed veritate? Nam ideo
omnia in præſenti vita; quia credit omnia de futu
ta; & ſuffert omnia, quę hic irrogantur, quia ſperat
nia, quæ ibi promittuntur. Merito nunquam
Ergo ſectamini charitatem, & eam ſanctè
Ad probãdam charitatẽ quid requiratur. afferte fructum iuſtitiæ, & appareat in veſtris
Probatio enim dilectionis, ſeu charitatis, exhibitio
operis, & diuinorum obſeruatio mandatorum
a *Greg. Hom. 30. in euang.* & Ioannes Euangeliſta [b]: Hæc eſt, inquit, vera
b *epiſt. 1. cap. 2. & 5.* Dei, vt mandata eius cuſtodiamus; & mãdata
uia non ſunt. Qui autem dicit ſe noſſe Deum,
data eius non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc ve
eſt. Qui autem ſeruat verbum eius, verè in hoc
Dei perfecta eſt. In hoc ſcimus, quoniam in ipſo
c *Io. 14. cap.* Quinetiam ipſemet Chriſtus diſcipulis ſuis
diligitis me, mandata mea ſeruate. Qui habet
mea, & ſeruat ea, ille eſt, qui diligit me. Qui autem
git me, diligetur à Patre meo, & manifeſtabo
ipſum. Qui non diligit me, ſermones meos non
d *lib. 3. de vita cõtempl. cap 13. & 15. c. charitas eſt. de pœnit. diſt. 2.* Hinc D. Proſper charitatem definiens [d]: Charitas
quit, eſt, vt mihi videtur, recta volũtas ab omnibus
renis, à præſentibus prorſus auerſa, iuncta Deo
rabiliter, & vnita, igne quodam ſancti Spiritus
eſt, & ad quem refertur incenſa, inquinamẽti
tranea, corruptionis neſcia, nulli vitio mutabilis,
noxia; ſuper omnia quæ carnaliter diliguntur
affectionum omnium potentiſſima; diuinæ
tionis auida; in omnibus ſemper inuicta; ſumma
num bonarum, ſalus morum, finis cœleſtium
rum; mors criminum; vita virtutum; virtus pugn
palma victorum; anima ſanctarum mentium,

titorum bonorum, præmiũ perfectorum, ſine qua nullus Deo placuit; cum qua aliquis peccare non potuit, nec poterit: fructuoſa in pœnitentibus, læta in proficientibus; glorioſa in perſeuerantibus, victorioſa in martyribus, operoſa in omnibus omnino fidelibus, ex qua quicquid eſt boni operis, viuet. Item, hæc eſt charitas vera, germana, perfecta, quam excellentiorem viam nominat Apoſtolus ſanctus[a]. Sicut enim ſine via nullus peruenit quo tendit; ita ſine charitate, quæ dicta eſt via, non ambulare poſſunt homines, ſed errare. Ergo ſi charitatem Deo exhibeamus, & proximo de corde puro, & conſcientia bona, & fide nõ ficta, facile peccato reſiſtimus, bonis omnibus abundamus, ſeculi blandimẽta contemnimus, & omnia, quæ difficilia ſunt humanæ fragilitati vel aſpera, etiam cum dilectione perficimus, ſi tamen Deum charitate perfecta, quæ nobis ab illo eſt, ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus diligamus.

a 1. Corinth. 13.

Ex qua parte quis peccet.

Deum diligere quid ſit.

Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus diligit Deum: quoniam ſi ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis, vnde peccati deſideriis ſeruiamus. Et quid eſt Deum diligere, niſi illi copulari animo, concipere fruendæ viſionis eius affectum, peccati odium, mundi faſtidium, diligere etiam proximum, quem in ſe cenſuit diligendum; in ipſo amore reſeruare legitimum modum, nec peruertere dilectionis ordinem conſtitutum? Ordinem dilectionis illi peruertunt, nec modum diligendi cuſtodiunt, qui aut mundum, qui contemnendus eſt, diligunt; aut corpora ſua minus diligenda plus diligunt; aut proximos non ſicut ſeipſos, aut Deum plus quàm ſe ipſos fortè non diligunt.

Qui dilectionis ordinẽ peruertant.

Corpus noſtrũ quomodo diligi debeat.

Corpus noſtrum, quia pars noſtri eſt, ad hoc nobis diligendum eſt, vt ſaluti eius ac fragilitati naturaliter conſulamus, & agamus quatenus ſpiritui ordinatè ſubiectum ad æternam ſalutem accepta immortalitate, & incorruptione perueniat.

Proximos quãdo diligamus.

Proximi qui ſint.

Proximos autem tunc diligimus ſicut nos, ſi non propter aliquas vtilitates noſtras, non propter ſperanda beneficia, vel accepta, non propter affinitates, vel conſanguinitates, ſed propter hoc tãtum, quòd naturæ noſtræ ſunt participes, diligamus. Non illi tantum proximi credẽdi ſunt, quos nobis gradus ſanguinis iungit; ſed proximi

noſtri credendi ſunt omnes homines, naturæ noſtræ
cut dixi) participes. Proinde ſicut nos proximos
diligimus, quando ad mores bonos, & æternam
conſequendam, ſicut nobis, eorum ſaluti conſul
quando nos in eorum peccatis, ac periculis cogit
& ſicut nobis ſubueniri optaremus, ita eis ſubue
aut ſi facultas defuerit, voluntatem ſubueniendi
mus. Quapropter, chariſſime, tota dilectione
bonum quod tibi fieri vis, velis & proximo. Illi
plus, quàm ſe, diligunt Deum, qui pro eius amo
ad tempus ſaluti non parcunt, ſe ipſos tribulation
ac periculis tradunt, nudari facultatibus propriis
ſuæ extorres fieri, parentibus, & vxoribus, ac
nuntiare parati ſunt, & (vt totum dicam) ipſam
corporis non ſolùm non refugiunt, ſed etiam
accipiunt, ambientes à corporis ſui vita magis
Deo vita vitæ ſuæ diſcedere.

Qui plus Deũ quàm ſe diligant.

D. verò Bernardus docẽs quibus gradibus
veram charitatem aſcendatur [a]: Inprimis, ait,
ipſum homo propter ſe, caro quippe eſt, &
vult præter ſe. Cumq́ue ſe videt per ſe non poſ
ſtere, Deum quaſi neceſſarium incipit per fidem
rere, & diligere. Diligit itaque in ſecundo gra
ſed propter ſe, non propter Deum. At verò cum
cœperit occaſione propriæ neceſſitatis colere, &
quentare cogitando, legendo, orando, obediendo
dam huiuſmodi familiaritate paulatim, ſenſimq
innoteſcit, conſequẽter & dulceſcit; & ſic guſtato
ſuauis eſt Dominus, tranſit ad tertium gradum,
gat Deum non iam propter ſe, ſed propter ipſum.

a in tract. de dilig. Deo.
Quibus gradibus ad veram charitatẽ aſcẽdatur.

De concordia ſeruanda. CAP. XXI

CAETERVM quia D. Auguſtinus am
pacem, & diligendam concordiam inq
pterea quòd generent charitatem, de iſ
dicere nunc inſtituimus. Nam illa cumprimis
perſonis eccleſiaſticis, & præſertim Canonicis
que Capitulis ſunt neceſſaria. D. enim Cypria
cificos, & concordes, atque vnanimes eſſe in do
Deum præcepiſſe aſſerit, & quales ille nos fecit

b ſerm. 57. in append. de diverſ.
Canonicis conventuumque Capitulis pax et cõcordia ſunt neceſſaria.
c in ſerm. de oratio. dominica.

tate ſecunda, tales vult renatos perſeuerare, vt qui filij Dei eſſe cœpimus, in Dei pace maneamus; & quibus ſpiritus vnus eſt, vnus ſit & animus, & ſenſus: ſic nec ſacrificium Deus recipit[a]. Diſſidētem ab altari reuertentem prius fratri reconciliari iubet, vt pacificis precibus & Deus poſſit eſſe pacatus. Sacrificium Deo maius eſt pax noſtra, & fraterna concordia, & de vnitate Patris, & Filij, & Spiritusſancti plebs adunata. Neque enim in ſacrificiis, quæ Abel, & Caim primi obtulerunt[b], munera eorum Deus, ſed corda intuebatur, vt ille placeret in munere, qui placebat in corde. Abel pacificus, & iuſtus dum Deo ſacrificat, innocenter, docuit & cæteros, quando ad altare munus offerūt, ſic venire cum timore Dei, cum ſimplici corde, cum lege iuſtitiæ, cum concordia pace. Meritò ille dum in ſacrificio Dei talis eſſet, poſtmodum ſacrificium Deo factus eſt, vt martyrium primus oſtendens, initiaret & ſanguinis ſui gloria dominicam paſſionem, qui & iuſtitiam habuerat, & pacē. Tales denique à Domino coronātur: tales in die iudicij cum Domino vindicabuntur. Cæterùm diſcordans, & diſſidens, & pacem cum fratribus non habens, ſecūdum quod B. Apoſtolus, & ſancta Scriptura teſtatur[c], nec ſi pro nomine Chriſti occiſus fuerit, crimen diſſenſionis poterit euadere; quia, ſicut ſcriptum eſt[d], qui fratrem ſuū odit homicida eſt, nec ad regnum cœlorum peruenit, vt cum Deo viuat homicida. Non poteſt eſſe cum Chriſto, qui imitator Iudæ maluit eſſe, quàm Chriſti. Quale delictum eſt, quod nec baptiſmo ſanguinis poteſt ablui? quale crimen eſt, quod martyrio non poteſt expiari?

a Matth. 5.

Concordia fraterna magnum ſacrificium & Deo gratum.

b Geneſ. 4.

Abel primus martyr.

c 1. Ioan. 3.

d 1. Ioan. 3.

Et idem Cyprianus alibi[e]; In domo Dei, inquit, in Eccleſia Chriſti vnanimes habitant, concordes, & ſimplices perſeuerant. Hęc eſt in Eccleſia noſcenda ſimplicitas, hæc charitas obtinenda, vt columbas dilectio fraternitatis imitetur, vt manſuetudo, & lenitas agnis, & ouibus æquetur. Quid facit in pectore Chriſtiano luporum feritas? canum rabies? & venenum ſerpentum? & cruenta ſæuitia beſtiarum? Gratulandum eſt, cùm tales de Eccleſia ſeparantur, ne colūbas, ne oues Chriſti ſæua ſua, & venenata contagione prædentur. Cohærere, & coniungi non poteſt amaritudo cum dulcedine, caligo

e in tract. de ſimplicit. Prælat.

In Eccleſia vnanimes habitant, & cōcordes perſeuerāt.

cum lumine; pugna cum pace; cum fœcunditate ſterilitas; cum fontibus ſiccitas; cum tranquillitate tempeſtas. Dominus cùm diſcipulis ſuis vnanimitatem ſuadens, & pacem [a]: Dico, inquit, vobis, quoniam ſi duobus ex vobis conuenerit in terra, de omni re, quamcumque petieritis, continget vobis à patre meo, qui in cœlis eſt. Vbicumq; fuerint duo, aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis ſum; oſtendens non multitudini, ſed vnanimitati deprecantium plurimum tribui. Si duobus, inquit [b], ex vobis cōuenerit in terra; vnanimitatem prius poſuit, concordiam pacis ante præmiſit, vt conueniat nobis, fideliter, & firmiter docuit. Quando ergo in præceptis ſuis ponit, & dicit: Vbi fuerint duo, aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis ſum, non homines ab Eccleſia diuidit, qui inſtituit, & fecit Eccleſiam, ſed exprobrans diſcordiam perfidis, & fidelibus pacem ſua voce commendans, oſtendit magis eſſe ſe cum duobus, aut tribus vnanimiter orantibus, quàm cum diſſidentibus plurimis; pluſque impetrari poſſe paucorum concordi prece, quàm diſcordi oratione multorum. Ideo cùm orandi legem daret, addidit, dicens [c]: Cùm ſteteritis ad orationem, remittite, ſiquid habetis aduerſus aliquem, vt & Pater veſter, qui in cœlis eſt, remittat vobis peccata. Et ad ſacrificium cum diſſenſione venientem reuocat ab altari, & iubet [d] prius concordare cum fratre, & tunc cum pace redeuntem Domino munus offerre; quia nec ad Caim munera reſpexit Deus [e]. Neque enim habere pacatū Deum poterat, qui cum fratre pacem per zeli diſcordiā non habebat. Quam ſibi igitur pacem promittunt inimici fratrum? Quę ſacrificia celebrare ſe credūt æmuli ſacerdotū? Tales etiāſi occiſi in confeſſione nominis fuerint, macula iſta nec ſanguine abluitur.

a Mat. 18. cap.

Vnanimitati deprecantium plurimum tribuendum eſt.

b Matth. 18.

Plus à Deo impetratur paucorum concordi prece, quàm multorum diſcordi.

c Mar. 11. cap.

d Matth. 5.

e Geneſ. 4.

Inexpiabilis, & grauis culpa diſcordiæ nec paſſione purgatur. Pacem nobis Chriſtus dedit [f], concordes atque vnanimes eſſe præcepit; dilectionis, & charitatis fœdera incorrupta, atque inuiolata ſeruari mandauit. Exhibere ſe non poteſt martyrem, qui fraternam non tenuit charitatem. Docet hoc & conteſtatur Paulus Apoſtolus dicens [g]: Etſi habuero fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum: Etſi in

Diſcordia expiabilis non eſt, nec paſſione purgatur.

f Ioan. 14.

Non poteſt eſſe martyr, qui nō tenuit charitatem.

g 1. Corint. 13.

pauper

pauperum diſtribuero omnia mea: etſi tradidero corpus meum, vt ardeam; charitatem autem non habeam, nihil proficio. Charitas nunquam excidit. Nunquam, inquit, charitas excidit. Hæc enim ſemper in regno erit; hæc in æternum, fraternitatis ſibi cohærente vnitate, durabit. Ad regnum cœlorum nõ poteſt peruenire diſcordia, nec ad præmia Chriſti, qui dixit [a]: Hoc eſt mandatum meum, vt diligatis inuicem, quemadmodum dilexi vos. Beati Ioannis Apoſtoli vox eſt [b]: Deus dilectio eſt, & qui in dilectione manet, manet in Deo, & Deus in illo manet. Cum Deo manere non poſſunt, qui eſſe in Eccleſia Dei vnanimes noluerunt, ardeant licet flammis, & ignibus traditi, vel obiecti beſtiis animas ſuas ponant, non erit illa fidei corona, ſed pœna perfidię, nec glorioſę virtutis, exitus glorioſus, ſed deſperationis interitus. Occidi talis poteſt, coronari non poteſt. Sic ſe Chriſtianum eſſe profitetur, quomodo & Chriſtũ diabolus ſępe mentitur. Monet nos Spiritusſanctus, & dicit [c]: Quis eſt homo, qui vult vitam, & amat dies optimos? Contine linguam tuam à malo, & labia tua, ne loquantur inſidioſe. Declina à malo, & fac bonum; quære pacem, & ſequere eam. Pacem quærere debet, & ſequi filius pacis: à diſſenſionis malo continere linguam ſuam debet, qui nouit, & diligit vinculum charitatis. Inter ſua diuina mãdata, & magiſteria ſalutaria paſſioni iam proximus Dominus addidit, dicens [d]: Pacem dimitto vobis, pacem meam do vobis. Hanc nobis hęreditatem dedit, dona omnia ſuæ pollicitationis, & præmia in pacis conſeruatione promiſit. Si cohæredes Chriſti ſumus, in Chriſti pace maneamus. Si filij Dei ſumus, pacifici eſſe debemus. Beati, inquit [e], pacifici, quoniam ipſi filij Dei vocabuntur. Pacificos oportet eſſe Dei filios, corde mites, ſermone ſimplices, affectione concordes, fideliter ſibi vnanimitatis nexibus cohærentes.

Diſcordia ad regnum cœlorũ non peruenit.

a *Ioan.* 15.

b 1. *Ioan.* 4.

c *Pſal.* 33.

Charitatẽ diligẽs à diſſenſione linguã continere debet.

d *Ioan.* 14.

e *Matth.* 5.

Dei filij quales eſſe debeant.

Huc pertinet illud D. Auguſtini [f]: Felices pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. En filius Dei eſſe incipit, qui pacificus eſſe cœpit: Non vult filius dici Dei, qui pacificus noluerit inueniri: negat ſibi Patrem Deũ, qui hæres pacificę nequiuit. Seuerum ſenſurus eſt Deum, quem clementẽ blandumq; dedignatus eſt patrẽ. Gaudeamus

f *in ſerm.* 57. *in append. de diuerſ.*

hoc no-

hoc nomine, quaſi filij, & hæredes Dei, cohæredes au-
Chriſti. Quanta eſt huius pacis retributio, hæreditat-
poſſidere cum Chriſto, ſubſtantiam patris habere cu-
filio; cœleſte regnum participare cum Domino; &
conſortium perpetuitatis admitti cum Domino! Qu-
ſit hæc prauitas morum, inuidere melioribus, atq-
ſordidioribus inhærere, adoptati victoriam perde-
nolle hæreditatem cœleſtium poſſidere. Scriptum-

a cap. 25.

Concordia fratrũ probata eſt coram Deo, & hominibus.

Eccleſiaſtico[a]: In tribus placitum eſt ſpiritui meo-
ſunt probata coram Deo, & hominibus: Concordia
trum, & amor proximorum; & vir & mulier con-
tientes ſibi. Concordia ergo fratrum voluntas Dei
iucunditas Chriſti, perfectio ſanctitatis, iuſtitiæ reg-
materia doctrinæ, morũ cuſtodia, atque in rebus om-
bus laudabilis diſciplina, pax, ſuffragiũ precum, & ſup-
plicationum, facilis atque impetrabilis; quia deſide-
rum omnium competens eſt plenitudo, ſicut ſcriptum

b Coloſſ. 3.

Pax mater eſt dilectionis, & concordiæ vinculum.

eſt in Apoſtolo[b]: Pax conuentionis amabilem Deo
cit in fratribus, quæ charitatis indicat teſtimonium
ergo dilectionis mater eſt, concordiæ vinculum, a-
mentis indicium manifeſtum; quia ſibi exigit a De-
quod velit. Quicquid voluerit petat, & quicquid vo-
rit, ſumat.

c Ioan. 14.

Pax præceptis regalibus conſeruanda eſt, Domi-
Chriſto dicente[c]: Pacem meam do vobis, pacem me-
relinquo vobis. Qui diſcipulus Chriſti eſt, Chriſti pr-
cepta ſeruat; ſeruare mandatum, eſt pacem in omnib-
cuſtodire. Nam diuidere vnitatem, non eſt magiſt-
ſequi, ſed eius mãdatum calcare. Sequi enim Chriſt-
eſt habere pacem; & non ſequi quod pacis eſt, h-
habere in magiſtro ex parte quod diligas, & ex p-
quod damnes. Plantare pacẽ radicitus, Dei eſt; eu-

Amor fratris ex Deo eſt: odiũ ex diabolo.

d 1. Ioan. 3.

Pax, & concordia generãt charitatem.

e 1. Ioan. 4.

penitùs, inimici. Amor fratris ex Deo eſt; odium ex dia-
bolo; propter quod damnanda ſunt odia, quia ſcriptum
eſt[d]: Qui oderit fratrem ſuum, homicida eſt. Amanda
pax, & diligenda concordia. Iſta ſunt, quæ generãt cha-
ritatem. Et ſcitis ſanctum Apoſtolum dicere[e], quod
Deus charitas eſt. Sine Deo ergo eſt, qui non habet cha-
ritatem. Dilectio ergo omnibus votis, ac deſiderijs am-
plectenda eſt: cuſtodiẽda omnibus viribus pax eſt

riam Deus ſemper in pace eſt. Pax plebis, gloria ſacerdotis, & parentum lætitia, perfecta charitas filiorum. Sacerdotis eſt, quod debet admonere; plebis eſt audire quod admonet: Quicquid non licet, paſtoris eſt prohibere ne fiat, gregis eſt audire, vt faciat. Vtraque conuenientia, & vniuerſa ſaluata ſunt: nec Deus inuenit in plebe quod puniat, nec ſacerdos poteſt habere quod doleat. Seruemus itaque mandata, quæ vitæ ſunt, teneat ſe profundæ pacis nexibus colligata fraternitas, & ſalutari vinculo charitatis mutua ſe dilectione conſtringat. Procul contentiones, procul lites, & odia, procul maledicta mittantur. & quia laqueus mortis eſt lingua, ſuſurro, ac bilinguis parcat animæ ſuæ, ne in ſuppliciũ ſuum vincula ſibi mortis adducat.

Lingua laqueus eſt mortis.

Sicut enim ignis, vt D. Chryſoſtomus inquit[a], de modica ſcintilla magnum conflat incendium: ita & ſermo malus de leui occaſione magnam ſuccendit inimicitiam. Cohibe ergo linguam tuam à malo ſermone, & labia tua ne loquantur dolum. Illius autem labia dolum loquuntur, qui pacem portat in labiis, & malitiã ſeruat in corde. Si ergo Chriſtianus es, aut quod loqueris hoc cogita; aut quod cogitas hoc loquere. Patres verò in concilio Pariſienſi[b] magnum in vtroque ordine, clericali videlicet, & laicali declarabãt periculum eſſe, quod charitas, quæ Deus eſt, ac decus Chriſtianitatis, & in qua ſumma totius fidei noſtræ conſiſtit, in multis vtriuſque ordinis non regnare conuinceretur. Expreſſiſſimè namque Apoſtolus Ioannes ait[c], quod Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Perpendat quiſque ſi in charitate manet, Deum manere in ſe: Si charitatem non habet, non Deum, ſed hoſtem animæ ſuæ habitare in ſe: Cum charitate quippe cuncta bona; ſine charitate verò nulla haberi poſſunt. Neque enim dignè angelicum hymnum charitate carẽs Domino decantare valet; quia non eſt bonæ voluntatis. Definitio quippe charitatis eſt, vt Doctores noſtri tradunt, bona voluntas. Ergo quicumque bonam voluntatem non habet, charitatem non habere comprobatur. Et ideo pacem, quæ Chriſtus eſt, quia bonæ voluntatis non eſt, habere non meretur. Gloria, inquit[d], multitudo

a *Hom 9. in cap. 5. Matth.*

b *lib. 1. cap. 6.*

In charitate ſumma totius fidei noſtræ cõſiſtit.

c *1. Ioan. 4.*

d *Lucæ 2.*

cœleſtis exercitus in excelſis Deo, & in terra pax homi-
nibus bonæ voluntatis Miſerabiliter planè decipiuntur
plerique, qui ſine charitate, aut Deo in hac mortalitate
placere, aut ad eum ſine illa ſe putant peruenire. Verum
ſi nobis charitas non eſt, ſed odium & inuidia, & auari-
tia, & diſcordia, & ſimulatio, & luxuria, & cetera, quæ
regnant, quæ omnia à Chriſtianitatis propoſito abhor-
rent, mirum non eſt, ſi animaduerſiones diuinæ in-
teriùs exteriusque diuerſiſſimis modis feriant, & mul-
tum inimicorum aduerſum nos commoueant. Ra-
dem, vt Theophylactus inquit [a], radix omnium malo-
rum eſt ipſa charitatis refrictio. Hinc enim eſt, quod
ter alteri non reconcilietur; alter alterum non dili-
nulla ergo alium tangatur miſeratione. Quod & Chri-
ſtus dixit [b]: Quando abundabit iniquitas, refrigeſcet
charitas. Porrò natura nos inter nos ipſa conglutinat
æquè ac reliqua animalia. Quapropter ſi pacificè
quietè, & tranquillè ducere volumus, pacis, & tranquil-
litatis amatorem diligamus, & timeamus, eiuſque præ-
ceptis colla humiliter ſubmittamus. Hi autem, qui ho-
noribus fulciuntur, dignum eſt, vt vinculo chari-
connectantur, ne alterutrius iniuriam, aut dehonora-
nem contra fas meditentur, ne deſides, & doloſi in-
uicem exiſtant; ne fortè qui doloſi ſunt incidant in illud
Pſalmiſtæ, dicentis [c]: Qui loquuntur pacem cum pro-
mo ſuo, mala autem in cordibus eorum; da illis Do-
mine ſecundum opera eorum, & ſecundum nequi-
tiam adinuentionum ipſorum. Secundum opera ma-
nuum illorum tribue illis, redde retributionem eorum
ipſis [d].

[a] in epiſt. ad Rom. cap. 1. *Charitatis refrictio, radix omnium malorum eſt*

[b] *Matth. 24.*

[c] *Pſal. 27.*

[d] *Pſal. 27.*

Quomodo renouari concordia & charitas debeat.

CAP. XXXVI.

DVerò Auguſtinus de fraterna concordia & of-
fenſionis relaxatione ſermonem faciens, Cùm,
inquit, vita iſta mortalis, & fragilis, quæ inter
tot terrenas tentationes periclitatur, & orat ne [illegible]
gatur, non poteſt eſſe in quouis iuſto ſine qualibuſcun-
que peccatis; vnum eſt remedium per quod [illegible]

[e] *Hom. 40. lib. quinquag. Homil.*

poſſumus, quia docuit nos magiſter Deus dicere in oratione[a]: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Pactum, & placitum cum Deo fecimus, & conditionem ſoluendi debiti in cautione ſubſcripſimus: Dimitte nobis, plena fiducia petimus, ſi & nos dimittimus. Si autem non dimittimus, dimitti nobis peccata non putemus, ne nos ipſos fallamus. Humanum eſt iraſci; ſed non debet iracundia tua natus ſurculus breuis, ſuſpicionibus irrigari, & ad trabem odij peruenire. Aliud eſt enim ira, aliud odium: nam ſæpe etiam pater iraſcitur filio; ſed non odit filium; iraſcitur, vt corrigat: ſi propterea iraſcitur, vt corrigat, amando iraſcitur. Qui verò odit fratrem ſuum, homicida eſt. Si ergo odis fratrem tuum, ſecurus ambulas, & concordare non vis? Non agnoſcis quare ſpatium tibi dederit Deus? Ecce iam homicida es, & adhuc viuis. Si Dominum iratum haberes cum odio fratris ſubitò rapereris. Parcit tibi Deus, parce tu tibi, concorda cum fratre tuo. Si fortè tu vis, & ille non vult, ſufficiat tibi, & dic ſecurus: dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Si fortè peccaſti in illum, & vis cum illo concordare, eique dicere: Frater, ignoſce mihi quod peccaui in te: ſi ille non vult ignoſcere, non vult dimittere debitum, ipſe obſeruet quando habet orare, tu ſecurus ſis de Domino tuo, ſi dixiſti ex toto corde tuo, ſi vera humilitate, non ficta charitate, quia Deus videt in corde vnde dixiſti. Si non erubuiſti peccare, non erubeſcas rogare: ſi non erubuiſti de iniquitate, non erubeſcas de humilitate.

[a] *Matt. 6. Luc. 11.*

Quid faciendũ illi, qui peccauit in proximũ.

Quicumque ergo habetis diſcordiam cum fratribus veſtris, & iuſtum iudiciũ fertis in vos, intus in cordibus veſtris, & inuenitis vos non debuiſſe facere, quod feciſtis, non debuiſſe dicere, quod dixiſtis, petite veniã fratres à fratribus veſtris. Quodſi perſonæ ſunt humiles pro ordine ſeculi huius, à quibus ſi petamus veniã extollimur in ſuperbiam, vt ſi dominus peccet in ſeruum ſuum iniuſtè litigando, iniuſtè cędendo; ante oculos Dei pœniteat Dominum; ante oculos Dei puniat cor ſuum. Et, ſi non poteſt, nec oportet dicere ſeruo ſuo; da mihi

Si dominus peccet in ſeruum, quomodo recõciliari cum illo debeat.

veniam; blandè tamen illum alloquatur; blanda enim appellatio veniæ eſt poſtulatio. Si verò ille qui in te peccauit, veniam petere nolit, non eſt, quod illi dicas: Da mihi veniam, qui te noſti non peccaſſe in fratrem tuum; quid expetis tibi ignoſci ab eo quem non læſiſti, aut in quem non peccaſti? Si bene noſti, bene diſſimula, quia in te peccauit, non tu in illum, in iſta tuta ſecura ſit tua conſcientia. Debent inter vos eſſe alij pacifici, qui illum obiurgent, vt à te prius veniam petat, tu tamen paratus eſto ignoſcere, prorſus paratus eſto ex corde dimittere. Si paratus es dimittere, iam dimiſiſti. Habes tamen adhuc quod ores, nimirum vt petat veniam, quia ſcis ei nocere, ſi non petat. Ora ergo pro illo, & dic in oratione tua: Domine, ſcis me nō peccaſſe in illum fratrem meum; ſed illū potius peccaſſe in me, & obeſſe illi, quod peccauit in me, ſi veniam non petat à me; ego bono animo peto, vt ignoſcas ei. Memor enim ſis oportet illius, quod Dominus dixit[a]: Diligite inimicos veſtros, benefacite iis, qui oderūt vos, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos, vt ſitis filii patris veſtri, qui in cœlis eſt: qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nónne & publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tātum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt.

In quem peccatum eſt, veniā petere non debet à peccante in ſe.

Oratio dicēda pro nolente reconciliari.

a *Matt. 5. cap.*

Num ſemper concordia ſeruanda ſit,
CAP. XXXVII.

CAETERVM obſeruandum eſt illud, quod interdum concordiam ſoluere bonum eſt. Nam vt D. Chryſoſtomus inquit[b], eſt & mala concordia, & diſcordia bona. Siquidem qui turrim ædificabant, concordes erant in malo ſuo; inde etſi inuiti, attamen tamen, diſſenſerunt. Et ſocij Chore malè conſpirabant[c], ideo bene diuiſi ſunt. Et Iudas cum Iudæis prauè conſenſit[d]. Eſt ergo bona diſcordia, & concordia mala. Quamobrem ait Dominus[e]: Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum; &, ſi pes, abſcinde. Quodſi membris

b *Hom. 56. in Ioan.*

c *Num. 16. & 26. Iudæ 1.*
d *Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22.*
e *Matth. 5.*

coniunctum abſcindendũ eſt, nónne longè magis praui amici? Quare concordia non ſemper bona, ſicut neque diſcordia mala. Dico hoc, vt malos fugiamus, ſequamur bonos. Nam ſi mẽbrum inſanabile, metu, ne reliqua corrumpat, incidimus; non quòd illud negligamus, ſed vt ſeruemus cætera, quantò magis in his, qui malè nobis iuncti ſunt ita faciendum? Quodſi eos meliores reddere poſſemus, & nobis non officeremus, omnia eſſent facienda: ſin incorrigibiles, & nos lædimus, abſcindendi ſunt à nobis. Sæpe enim hoc pacto magna proficiunt. Vnde Paulus[a]: Tollite malum de medio veſtrũ.

Concordia non ſemper bona, neque diſcordia mala.

Atque in eandem ſententiam idem Chryſoſtomus alibi pulchrè ſcripſit, dicens[b]: Si amicitiæ detrimẽto ſint, & ad ſocietatem ſuæ impietatis inuitent, recedendum, reſiliendumque, etiãſi cum parentibus agitur, eruendus eſt oculus, ſi offendit. Ita enim præcipitur[c]: Si oculus tuus dexter te ſcandalizat, erue eum: Quod nõ de oculo corporis intelligimus. Nam ſi de corporis natura hoc diceretur, crimen & culpa iure in corporis creatorem transferretur. Præterea non oculum vnum, ſed vtrumq; eruere oportet. Nam ſi alter, id eſt, ſiniſter relinquatur, nihilominus ſcandalizare te poterit. Sed vt intelligas nõ de oculo dici, adiungit dexterum; quo oſtẽdat præſtare, ſi quem amicum habeas etiam charum, perinde ac tuũ oculum, eum quoque reijcere, & à tua præcidere familiaritate, ſi modo te ſcandalizet; hoc eſt, animæ noceat. Quid enim iuuet habere oculum, cùm reliquum corpus ardeat, & pereat? Ergo ſi, vt propoſui, detrimentoſæ ſint amicitiæ, reſiliamus, & fugiamus: at ſi nullam noxam, nullam iniuriam nobis ad religionem, pietatiſque rationem inferent, inuitemus, ducamus amicos ad meliora. Verùm ſi neque prodeſſe amico poſſis, & detrimentum ex eo haurias, conſulere tibi debes, vt tutus, ſecurusque maneas. Fugiendæ ſunt enim amicitiæ, ſi offendant; ſi minus, probentur, tamen ſine lite, ſine pugna. Sic enim Paulus monet, cùm dicit[d]: Si poſſibile eſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Seruus enim es Dei, qui auctor eſt pacis.

a 1. Corinth. 4.
b in tract. de incõp. nat. Dei. Hom. 1.
Ab amicitia parentũ quando recedẽdum.
c Matth. 6.
Oculus dexter quid deſignet.
Quando deſerendus eſt amicus.
d Rom. 12. cap.

Eſt inſuper concordia, quæ in cõiurationibus & conſpirationibus à malis iniri ſolet; qui tunc, vt D. Auguſtinus

Concordia coniurationis & conſpirationis.

ſtinus inquit[a], ſecum concordāt, quando in pra[illegible]
iuſti conſpirant; ſed hæc tanquam impia, & pr[illegible]
omnibus inhibita eſt. Siquidē in ſancta vniuerſali ſyn-
odo Calchedonenſi ſancitum eſt[b]: Coniurationum &
conſpirationū crimen (quod apud Græcos dicitur φ-
ρatρia) publicis etiam legibus certum eſt penitus in[illegible]
Hoc multò magis in ſancta Dei Eccleſia ne fiat, [illegible]
abdicari. Si qui verò clerici, vel monachi inuenti [illegible]
coniuratores, aut cōſpiratores, aut phratrias, vel [illegible]
nes componētes aliquas ſuis Epiſcopis, aut aliis c[illegible]
omnino cadant de proprio gradu, vel ab eo pen[illegible]
ijciantur. Quocirca & Calixtus Papa martyr ad t[illegible]
dum iſtiuſmodi conſpirationum concordias [illegible]
Epiſcopis per Gallias conſtitutis ſcribens[c]: Conſpira-
tionum, inquit, crimina vniuerſis in partibus [illegible]
diuimus, & plebes contra Epiſcopos ſuos co[illegible]
nobis mandatum eſt: cuius criminis aſtutia no[illegible]
inter Chriſtianos abominabilis eſt, ſed etiā inimi-
cos, & ab exteris legibus prohibita[d]; & ideo [illegible]
criminis reos non ſolùm eccleſiaſticæ, ſed etiam
damnant leges[e]; & non ſolùm conſpirantes, ſed
conſentientes iis. Anteceſſores verò noſtri, cum
plurima Epiſcoporum, quicumq; eorum in ſacerdo[illegible]
honore ſunt poſiti, aut exiſtūt clerici, honore, qu[illegible]
tur, carere præceperunt: cæteros verò communio[illegible]
uari, & ab eccleſia extorres fieri iuſſerunt, omnes
ſimul vtriuſque ordinis viros infames eſſe cenſ[illegible]
& non ſolùm facientes, ſed etiam conſentientes. [illegible]
eſt enim, vt qui diuina contemnunt mandata, & [illegible]
dientes patrum exiſtunt iuſſionibus, ſeuerioribus [illegible]
gantur vindictis, quatenus cæteri timorem habe[illegible]
lia committere, & omnes gaudeant fraterna co[illegible]
& cuncti ſumant ſeueritatis, atque bonitatis ex[illegible]
Nam ſi (quod abſit) eccleſiaſticam ſolicitudinem [illegible]
remque negligimus, perdit deſidia diſciplinam, [illegible]
mabus fidelium profectò nocebitur[f].

Veruntamen quia ſuperioribus his annis diuerſis
locis à clericis iſtiuſmodi conſpirationum conc[illegible]
factæ fuiſſe videntur ad SS. concilij Tridētini refor-
tionis executionem impediendam, conſultum, & [illegible]

a Hom. 2. in Pſal. 36.

b cap. 18. & c. coniurationū. 11. q. 1. & c. ſi qui clerici. ibid.

Clerici cōiurationem faciētes quomodo puniendi.

c epiſt. 2. c. conſpirationum. 11. q. 1.

d l. denuntiamus. C. de his qui ad eccleſ. confug. l. quiſquis. & aliis. C. ad l. Iul. maieſt. l. 1. 2. 3. & 4. ff. eodem tit. etiam ſupra allegatæ.

f Calixt. Pap. in d. epiſt. 2.

diens fore arbitramur, ſi concilij Aurelianēſis tertij ſtatutum, & decretum in obſeruationem nunc deducatur hac de re editum [a]: Si qui clericorum (vt nuper in multis locis per ſuperbiam diabolo inſtigante actum fuiſſe perpatuit) rebelli auctoritate ſe in vnum coniuratione intercedente collegerint; aut ſacramenta inter ſe data, aut chartulam conſcriptam fuiſſe patuerit; nullis excuſationibus præſumptio elabatur; ſed re detecta, cùm in Synodum ventum fuerit, in præſumptores iuxta perſonarum, & ordinum qualitatem à Pontificibus, qui tunc in vnum collecti fuerint, vindicetur: quia ſicut charitas ex præceptis diuinis, corde, non chartulæ conſcriptione, vel coniuratione eſt exhibenda: ita quæ ſupra ſacras admittuntur ſcripturas, auctoritate & diſtrictione pontificali ſunt reprimenda. Pius verò Papa ſanxit [b]: Si quis ſacerdotum, vel reliquorum clericorum ſuo Epiſcopo inobediens fuerit, aut ſi ei inſidias parauerit, aut contumeliam, aut calumniam, aut conuitia intulerit, & conuinci potuerit; mox depoſitus curiæ tradatur, & recipiat quod iniquè geſſit. Quo pertinet & illud Stephani Pontificis decretum [c]: Clericus qui Epiſcopum ſuum accuſauerit, aut ei inſidiator extiterit, non eſt recipiendus quia infamis effectus eſt, & à gradu debet recedere, ac curiæ tradi ſeruiturus. De huiuſmodi cōſpiratoribus & inſidiatoribus horrendum & memoria dignum extat exemplum apud Euſebium lib. 6. cap. 7. de Narciſſo Epiſcopo, & apud Gregorium Turonen. lib. 2. hiſtor. Franc. cap. 23. de Sidonio Epiſcopo. Narciſſus enim cum inter cætera virtutum ſuarū bona eſſet valde conſtantis animi, & iuſti rectique indeclinabiliter tenax, quidam homunculi nequam, malè ſibi conſcij, metuentes ne criminum ſuorum, ſi arguerentur, non poſſent effugere vindictam, præueniunt, & factionibus circumuenire parant eum, cuius iudicium verebantur. Concinnant igitur aduerſum eum infame ſatis & noxium crimen, conueniunt auditores: teſtes ex ſemetipſis producunt, qui ſub ſacramento iuramenti, quæ obijciebantur, cōfirmarent: quorū vnus teſtis, ita vt non igni cōſumeretur, vera ſe dicere teſtabatur: alius, ita ne regio morbo corrumperetur; tertius, ita ne luminibus orbaretur. Et quam-

a c. 21. & c. ſi qui clericorum. 11. q. 1.

b c. ſi quis ſacerdotis. 11. q. 1.

c c. clericus verò. 3. q. 4.

Conſpiratio cōtra Narciſſum Epiſcopū Hieroſolymorum.

Et quamuis ne iuramentis quidem iſtis quiſquam fi-
lium & Deum timentiũ crederet, eò quòd vita Narciſſi
& inſtitutio, ac pudicitia ab omnibus noſceretur, ip-
ſe tamen eorum, quæ mota ſunt, indignitatem ac mo-
leſtiam non ferens, ſimul & ſecretam ac philoſophicam
vitam ſemper habere deſiderans, ſubterfugit eccleſiæ
multitudinem, & in deſertis locis, atque agellis ſecre-
tioribus deliteſcit annis quamplurimis. At non
magnus diuinæ prouidentię oculus quieſcit in longum,
ſed in impios vltionem per ea, quæ ſibi in periurio op-
tauerant maledicta, molitur. Primus namque ſicut

Quomodo teſtes coniurationis contra Narciſſum factæ diuinitus puniti ſint.

parua ignis ſcintilla noctis tempore domo ſua ſuccensa
cum omni genere ſuo, omniqúe familia, flammis vl-
tricibus conflagrauit. Alius repente ab imis pedibus vſque
ad ſummum capitis verticem morbo regio, quem ſibi
imprecatus, repletur atque conſumitur. Tertius
priorum exitum videns, & oculum diuinum non la-
tuiſſe perſpiciens, prorumpit in medium, & audienti-
bus cunctis ſera pœnitentia vniuerſum concinnati ſceleris
ordinem pandit. Tantis autẽ lachrymis immaniter com-
miſſi facinus deflet, & in tantum die noctuq; permanet
in fletibus, vſque quo luminibus orbaretur. Hi ergo
figmenti ſui huiuſcemodi pœnas dederunt. Narciſſus
verò cùm ita deſertum petiſſet, ac locis ſemet ſecretio-
ribus abdidiſſet, vt vbinam degeret, nullus agnoſceret,
neceſſarium viſum eſt Epiſcopis eccleſiarũ vicinarum,
vt alium pro ipſo ordinarent, cui nomen erat Dius:
que cum paruo tempore præfuiſſet eccleſiæ, ſucceſſit
Germanion, & Germanioni Gordius: & ecce ſubito ve-
lut rediuiuus, cœloqúe redditus ex improuiſo apparuit
Narciſſus, & rurſus à fratribus ad præſidendum ro-
gatur eccleſiæ. Multo enim vehementius erga eum animus
omnium fuerat incitatus, vel pro eo quòd criminis in-
nocens eſſet, vel quòd ſecretam, & philoſophicam vitam
dilexit, & quòd in eo compleuit Dominus, dicens:
Mihi vindictam, & ego retribuam.

Scribit Gregorius Turonenſis b, de ſancto Sidonio,
quod cùm ad officium Dominicum fuiſſet mancipatus,
& ſanctam ageret in ſeculo vitam, ſurrexerẽ contra eum
duo presbyteri, & ablata ei omni poteſtatę à rebus ec-
cleſiæ,

a Ezech. 9. Deut. 32. Rom. 12.
b lib. 2. hiſto. Franco. cap. 21.

cleſiæ, arctum ei victum & tenuem relinquentes, ad ſummam eum contumeliam redegêre. Sed non longi temporis ſpacio inultam eius iniuriã diuina voluit ſufferre clementia: Nam vnus ex his nequiſſimis & indignus dici presbyteris, cùm ante noctem minatus fuiſſet eum de eccleſia velle extrahere, ſignũ ad matutinas audiens fuiſſe commotum, feruẽs felle contra ſanctum Dei ſurrexit, hoc iniquo corde explere cogitans, quod die præcedente cogitauerat & tractauerat. Ingreſſus autem in ſeceſſum ſuum, dum ventrem purgare nititur, ſpiritum exhalauit. Vnde indubitatum eſt, nõ minoris criminis hunc reum fuiſſe, quàm Arium illum, cui ſimiliter in ſeceſſu fuêre interna depoſita per partes inferiores egeſta: quia nec iſtud ſine hæreſi poteſt accipi, vt in eccleſia non obediatur ſacerdoti Dei, cui ad paſcendũ oues commiſſæ ſunt: & ille ſe ingerat poteſtati, cui neque à Deo, neque ab hominibus aliquid eſt cõmiſſum. Dehinc beatus ſacerdos, vno adhuc manente nihilominus inimico, ſuæ reſtituitur poteſtati. Factum eſt autem poſt hæc, vt accedente febre ægrotare inciperet, & tandem moreretur. Quo migrante presbyter ille nequam, alter ex duobus qui remanſerat, protinus omnem facultatem eccleſiæ, tanquam ſi iam Epiſcopus eſſet, inhians cupiditate præoccupat, dicens: Tandem reſpexit in me Deus, cognoſcens me iuſtiorem eſſe Sidonio, largitúſque eſt mihi hanc poteſtatem. Cumque per totam vrbem ſuperbus ferretur, adueniente die Dominico, qui imminebat poſt tranſitum ſancti viri, præparato epulo, iuſſit cũctos ciues in domo eccleſiæ inuitari: deſpectíſque ſenioribus, primus recumbit in toro. Cui, cùm pincerna oblato poculo, dixiſſet, ſibi per ſomnium mandatum à iudice, cunctis poteſtate præſtantiore, vt ipſi diceret; quod Sidonius ipſum accerſiri deprecatus eſſet ad reſpondendum cauſæ ſuę, alioquin ſi taceret, morte peſſima ſe moriturum. Hęc eo loquente, exterritus presbyter, elapſo de manu calice, reddidit ſpiritum. Tale iudicium ſuper contumaces clericos Dominus in hunc præmiſit mundum, vt vnus Arij ſortiretur mortẽ, alius tanquam Simon Magus Apoſtoli ſancti oratione ab excelſa arce ſuperbiæ præceps allideretur. Qui nõ ambiguntur pa-

tur pariter poſſidere tartarum, qui ſimul ege-
quiter contra S. Epiſcopum ſuum. Quare pro-
huiuſmodi conſpirationum concordiis, de vera,
terna agamus concordia (de qua ſuprà) cum Su-
bus & fratribus ineunda, & perpetuò conſeruan-
multum, vt D. Auguſtinus inquit[a], valet ad p-
dum Deum, quem iratum iam annos mult-
ſenſimus.

a lib. 2. contra Donatiſt.

De *inuidia.* CAP. XXXVIII.

CVM ex præmiſſis manifeſtum ſit, chari-
concordiam omnibus Chriſtianis, & p-
eccleſiaſticis, maximè eſſe neceſſarias[b],
conſeruandas; omni ſtudio & conatu labora-
vt à nobis propellamus, & arceamus inuidia-
per illam, vt D. Cyprianus inquit[c], vinculū
pitur, charitas fraterna violatur, vnitas ſcindi-
& Apoſtolus Paulus cùm pacis & charitatis
promeret, cumque aſſeueraret firmiter, & doc-
fidem ſibi, nec eleemoſynas, nec paſſionē quo-
confeſſionis, & martyrij profuturam, niſi cha-
dera integra, atq; inuiolata ſeruaſſet, adiecit,
Charitas magnanima eſt, charitas benigna eſt,
non zelat ſeu æmulatur; docens ſcilicet &
eum poſſe charitatem tenere, quiſquis magna-
patiens, & benignus, & à zelo ac liuore alie-
Cognita itaque inuidiæ ex ſanctis Patribus tu-
ne, & malitia, ſpes eſt, quod illam, ſi in nobis
eijciemus: Et ſi nondum ſit, illi ad nos aditum
præcludemus. D. enim Ioannes Chryſoſtomus[e]
certè, inquit, malum inuidia eſt, qua nulla vn-
lignitas peior inuenitur. Inuidi namque & m-
ſeipſos, quàm quibus inuident, perturbant, &
& ita in agendo ſemper inuidendoque ſunt,
peccandi afferāt finem: ſed quemadmodum
immunditia, & dæmones noſtris damnis læ-
inuidi calamitate proximorum exultant; c-
quid triſte, ac doloris efficiens proximo acciderit,
aliquantulum acquieſcit; atque reſpirat. Alie-
iacturas ſuos quæſtus exiſtimat, & aliorum fel-

b Cyprian. in tract. de ſimplic. prælat. Ad conſeruandam in clero charitatem & concordiā quid facto opus ſit.
c in ſerm. de zelo, & liuor.
d 1. Corinth. 13.
e Hom. 41. in 12. cap. Matth. Nulla malitia peior inuidia.

miſeriam ſuam arbitratur, nec magis conſiderat, quid ipſe ſibi conſequatur, quàm quid proximo calamitoſum inferatur. Nónne igitur tales homines lapidibus petendi? Nónne omni cruciatu torquendi ſunt? Non aliter profectò, quàm rabie concitati, canesq́; pernicioſi, dæmonesque atrocis furiæ. Nam quemadmodum ſcarabæi alieno ſtercore, ſic inuidi aduerſa aliorum fortuna nutriuntur, cùm ſint communes humano generi hoſtes, atque inimici. Et alij quidem homines ſi animantes rationis expertes crudeliter cædi, ac dilaniari viderint, aliquantulum commiſerantur: tu verò cum ſalutis beneficium conferri homini cernas, expalles, & tremis, & in ferocitatem cædendi benefactoris conſpiras.

Quomodo tractandi inuidi.

Inuidi cõmunes hoſtes humano generi ſunt.

Et quid hac inſania furioſius vnquam reperietur? His profectò de cauſis fornicatores, ac publicani ad cœlos aſcendere potuerunt: inuidiæ autem morbo laborantes, cum intus eſſent, à regno cœlorum exciderunt. Filij autem, inquit[a], regni eijcientur foras. Præterea omni prauitate illi ex animis expulſa, ea, quæ nunquam ſperarũt, facilè nacti ſunt: Phariſæi autem vel ea quæ retinebant bona penitus amiſerunt: Neque id iniuria. Nam inuidia peſtiferum malum, hominem in diaboli conditionem, ac in dæmonem immaniſſimum conuertit. Inuidia prima hominis cædes apparuit. Inuidia fraterna charitas contempta eſt. Inuidia ſanguine hominis terra primò maculata. Inuidia denique factum eſt, vt hiatu ſuo terra Dathan, Chore, Abiron, vniuerſumq́ue illum populum viuos abſorpſerit. Quomodo igitur, ne veneno ſuo nos inficiant, faciemus? Si dabimus operam, vt quemadmodum fornicatori nefas eſt eccleſiam ingredi, ſic inuido quoque: imò verò multò magis inuidus, quàm fornicator à cœtu fidelium exterminãdus eſt. Si enim nunc, cum id malum indifferens penè videatur, à nonnullis ſpernitur, profectò ſi atrocitas malignitatis eius omnibus patuerit, facilè ab ea reſiliemus.

a *Matth.* 8.

Inuidia hominem cõuertit in dæmonem.

Quomodo cauenda & expellenda ſit inuidia.

Lachrymarum igitur fontes in fletibus manare debent oculis. Deus orandus, perdiſcẽdumq́ue tibi eſt, turpiſſimum flagitium eſſe inuidiam: ſic enim affectus celeriter, tanquam à periculoſo morbo fugies, ac pœnitentiam ages. Sed quis ignoret, inquies, vitium eſſe

Inuidia eſt turpiſſimum flagitium.

inuidiam. Ignorat quidem nemo; non tamen ſicut for-
nicationem, aut adulterium abominandam ducunt.
Quod vt credas, quæſo, dic mihi, quãdo quiſpiam amare
rè fleuit, quoniam in inuidiam lapſus eſſet? Nemo certè
vnquam. Sed quamuis inuidentior hominibus ſit, ieiu-
nio tamen aliquo, aut paruo argento pauperibus dato
effeciſſe credit, vt nihil mali commiſiſſe videatur: cum

Inuidia peſſima atque ſceleſtiſſima eſt paſſio.

tamen omni peſſima, atque ſceleſtiſſima paſſione tenea-
tur. Nam vnde Caim fratricida effectus eſt? Vnde
Eſau fratrem inſectabatur? Vnde Laban, vnde Iacob fi-
lij, vnde Chore, Dathan & Abiron; vnde Maria &
Aaron inquinati fuerunt? vnde ipſe diabolus calumniæ
nomen ſortitus eſt? Ad hæc illud etiam ſemper ani-
maduerte, quia non maiorem illi, cui inuides, quàm tibi ipſi

Inuidus maiorem ſibi, quàm alij iniuriã facit.

facis iniuriam; cùm teipſum verſus mucronem impel-
las. Quam enim Abel ipſi Caim iniuriam intulit? qui
ne illum quidem inuitus ad meliorem vitã citius tranſ-
miſit, ac ſeipſum ærumnis inuoluit? Eſau verò quantum
manſueto Iacob obfuit, cùm ipſe etiam paterna domo
excidit, & poſt inſidias illas in aliena vagabatur regio-
ne: Iacob verò multis bonis, atque diuitiis abundauit.
Qua in re fratres ſui Ioſeph peiorem reddiderunt? Imo
ne quanquam vſque ad ſanguinem ferè veniſſent, inui-
diæ malo in extremis periculis fuerunt, cùm ille regia
poteſtate in AEgypto potiretur?

Nam quanto inuidia maiore laboras, tanto maiora
illi offers bona, cui inuides. Deus enim qui omnia pro-
ſpicit, cùm viderit innocentem iniuria circumueniri,
extollit multò magis, clarumque illum facit, inuiden-
tem autem deprimit. Nam ſi lætitia inimicorũ incom-
modis affectos impunè id committere non patitur (Ne
lætare, inquit, caſu inimicorum tuorum, ne quando vi-
deat Deus, & nõ placebis ei) multo maioribus ſuppliciis
eos, à quibus innocentes per inuidiam exagitantur, ſup-

Inuidia eſt beſtia peſtifera.

pliciis tradet. Interimamus ergo peſtiferam hanc be-
ſtiam, ac multa eius capita detruncemus. Multæ enim
inuidiæ ſunt ſpecies. Quodſi quis amantem ſe diligit,
nihil maius publicanis adipiſcitur. Qui odio innocen-
tem inſectatur, quid patietur? Quomodo autem gehen-
nam effugietis, qui gentibus, atque infidelibus dete-
rio-

res eſſis? Quibus de cauſis fit, vt vehementius doleam, atque conciter, cùm video nos, qui angelos, atque archangelorum Dominum imitari ex pręcepto debemus, diabolum obnixa æmulatione zelare?

Magna enim etiam in eccleſia, & in clero, multoque maior, quàm in laicis eſt inuidia. Propterea de nobis quoque ipſis dicendum eſt aliquid. Cuius enim rei gratia proximum inuidendo perſequeris? An quia in honore, ac dignitate viuit? Non cogitas igitur quantam honores perniciem ignauis, ac indiligentibus ſolent adferre. Extollunt enim ad inanem facilè gloriam, in tumorem, atque ſuperbiam, & contemptum aliorum impellunt: deſidiam augent: & ad hæc omnia, ipſi etiam parua commoti aura defloreſcunt: quodque acerbius eſt, malorum præcipitia, in quæ honores detrudunt, perpetua ſunt, atque prærupta. Voluptas verò, quæ ab iis capitur, vix ſenſum delinit, ac repentè deuolat. Iſtis ergo de cauſis inuides? reſponde quæſo. Ita inquis, ſed plurimum ille apud Pontificem poteſt; ducit, fert, vexatque omnia, quæ, quomodo velit, & offendentes, atque inimicos perſequi poteſt, adulatores, aſſentatoreſque ſuos in maius euehit, magnaque vſu[e] felicitate, poteſtateque ſemel lætatur. Secularium perditorumque hominum hæc ſunt verba. Nam ſpiritalem hominem nulla res poteſt dolore vexare. Quid enim malè faciet, ſi etiam à dignitate te deponeret? Nam ſi iuſtè id fecerit, maxima certè conſulit. Nulla enim re magis Deus offenditur, quàm ſi quis indignus ſacerdotij dignitate præfulgeat. Si verò iniuria, omnis culpa non te tenet irretitum. Nam qui iniuriam paſſus æquo animo perfert, maiorem hac re apud Deum acquirit fiduciam. Quare nolimus, obſecro, excogitare, quomodo in honoribus, atque in dignitatibus, ſed quomodo in virtute, atque recta philoſophia viuemus. Nam dignitates profectò ad multa obſcœna hominē inducunt. Quapropter etiam valde magno animo, ſublimique opus eſt ingenio, vt dignitate vti, non abuti poſſis. Ita qui ea caret, volens, nolenſque philoſophatur. Qui verò dignitate, ac poteſtate floret, ei ſimilis eſt, qui cum puella formoſa cohabitans legem atque præceptum ſuſcepit,

In clero maior quàm in laicis eſt inuidia.

Honores ſunt cauſa inuidiæ in clero.

Nulla re magis Deus offenditur quàm indigno ſacerdote.

Quid cogitandum habentibus dignitatem.

 ne ini-

ne iniquè laſciuiẽtibus ipſam oculis videat. Taliſquippe res dignitas, atque poteſtas eſt. Quocirca multos etiam

Incommoda ex dignitate prouenientia.

inuitos ad contumeliandum intruſit, iram plerumque accendit, linguæ frænum abſtulit, & ianuam mortis ſerauit, quaſi magna procellarum vi animũ ſubuertens & ad profundum malorum omniũ nauiculam ſubmergens. Cur igitur virum tu admiraris, eique inuidendum

Cur in dignitate conſtituto inuidendum nõ ſit.

eſſe putas, qui tot tantiſque periculis concutitur? Sed hæc, quæ dicta ſunt, tecum illud etiam verſa, quot inimicis, quot accuſatoribus, quot aſſentatoribus, qui in dignitatibus eſt, obſideatur. Hęc igitur, reſponde quæſo, beatificatione digna opinaris? Quiſnam inſanus id diceret? Sed ad populũ, inquies, maxima de ipſo exiſtimatio eſt. Quidnam hoc ſibi vult? Non enim certè populus, ſed Deus Iudex eſt, cui vitæ rationes redditurus es. Quare quando populum dicis, caue promontoria, ſcopulos, atque latentia ſaxa. Approbatio enim vulgi quanto clariorem quempiam facit, tantò maioribus curis, ſollicitudine, atque periculis vexat. Nec enim reſpirare potest, qui dominatui populi ſeruit, nec in re aliqua firmiter ſtare poteſt. Cur autem nec reſpirare, nec firmiter ſtare dicimus? Difficilè, inquam, huiuſmodi homines, etiamsi

Difficillimè in dignitate cõſtituti in cœlum perueniunt.

mille virtutibus muniantur, in regnum Dei perueniunt. Nihil enim magis è iugo iuſtitiæ ſubducere consueuit, quàm hic inanis cõflatus glorię, quæ tumidos, remiſſos, adulatores, ſimulatores homines reddit. Cur autem putas

a Ioan. 7. 8. & 10.

Chriſtum à Phariſæis dæmoniacũ fuiſſe appellatum? Nónne quia gloriam à multis aucupari cupiebant? Vnde autem vulgus rectius de Chriſto ſentiebat? Nónne quia procul ab huiuſmodi ægritudine aberat? Nihil enim ita iniquos atque amentes facit, quemadmodum, ſi animum multorum gloriã inhiare cupiditate cogat. Nihil ita probos, fortes, ac adamantis inſtar infractos conſtituit homines, quemadmodum inanis huius gloriæ, ac

Contẽptus gloriæ quid præſtet.

exiſtimationis multorum contemptus. Quare etiam quodam animi robore opus eſt, vt poſſimus tot tantoſque vndarum fluctus euadere; tot ventorum flatibus luctari atque reſiſtere. Nam qui multitudinis exiſtimationem, & famam ſequitur, quando aſpirauerit fortuna, omnibus ſe ipſum fluctibus proponit: quando vero

ſpirant,

ſpirauerit, in profundum vellet ſe ipſum ſubmergere. Etenim cùm hac paſſione quiſpiam victus fuerit, ſicut populari aura extolli regnum cœlorũ ducit: ita deprimi, atque exibilari gehẽnam arbitratur. Hæc igitur obſecro digna ſunt, quibus inuideas, an potius fletu, atq; lachrymis copioſis? Tali ergo tu homini cùm inuideas, ei ſimilis es, qui cùm vinctum, afflictumque viderit, atque cæſum vulneribus, ac flagellis, commotus ipſi nimium inuidet. Nam certè quot homines in populo ſunt, tot vinculis conſtringitur, tot dominis ſubijcitur, qui vulgi laude gaudet: quodq; indignius eſt, qui cùm incommoda accidunt, ea omnia ſeruienti attribuunt, nullum negocium examinãtes, ſed quæ huic, vel illi viſa fuerint affirmãtes. Hæc igitur qua tempeſtate, quibus procellis peiora non ſunt? Inflantur enim voluptate tales homines, ac extollũtur; & in profundum rurſus facilè demerguntur, ſemper vexati animo, nunquam in tranquillitate viuunt.

Quantopere Christiano fugienda ſit inuidia.

CAP. XXXIX.

QVARE verè, & præclarè dixit Cyprianus [a]: Nihil magis Chriſtiano cauendũ, nihil cautius prouidendum, quàm ne quis inuidia, & liuore capiatur; ne quis fallẽtis inimici cœcis laqueis implicatus, dum zelo in fratris odia conuertitur frater, gladio ſuo neſcius ipſe perimatur. Videamus ergo vnde zelus, & quando, & quomodo cœperit. Facilius enim malũ tam perniciosum à nobis vitabitur, ſi eiuſdem mali origo, & magnitudo noſcatur. Quale malũ eſt, fratres chariſſimi, quo angelus cecidit, quo circumueniri, & ſubuerti alta illa, & præclara ſublimitas potuit, quo deceptus eſt is, qui decepit? Exinde inuidia graſſatur in terris dum liuore periturus magiſtro perditionis obſequitur; dum diabolum, qui zelat, imitatur, ſicut ſcriptũ eſt [b]: Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Imitantur ergo illum, qui ſunt ex parte eius. Quæ nos conſiderantes fratres chariſſimi, contra tantam mali perniciem vigilantes, & fortiter dicata Deo & vegetata pectora noſtra muniamus.

a in ſerm. de zelo & liuor.

Nihil magis Chriſtiano cauendum, quàm inuidia.

Inuidiæ ſeu zeli origo.

b Sapient. 2.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Inuidia radix eſt omniũ malorum.

Latè patet zeli multiplex & fœcunda pernicies
dix eſt omnium malorum, fons cladium,
delictorum, materia culparum. Inde odium
moſitas inde procedit; auaritiam zelus inflammat
quis ſuo non poteſt eſſe contentus, videns alterum
tiorem. Ambitionem zelus excitat, dum cernit
alium in honoribus altiorem, zelo excæcante
ſtros, atque in ditionem ſuam mentis arcana
Dei timor ſpernitur: magiſterium Chriſti
iudicij dies non prouidetur: inflat ſuperbia,
ſæuitia, perfidia præuaricatur, impatientia
rit diſcordia, ira ferueſcit, nec ſe poteſt iam
vel regere, qui factus eſt poteſtatis alienæ: Hinc
nicæ vinculum pacis rumpitur; hinc charitas
violatur; hinc adulteratur veritas; vnitas
hæreſes atque ſchiſmata proſilitur, dum ob
cerdotibus, dum Epiſcopis inuidetur; dum quis
ritur non ſe potius ordinatum, aut dedignatur
ferre Præpoſitum. Huic recalcitrat; huic rebellat
ſuperbus, de æmulatione peruerſus, animoſitate
uore non hominis, ſed honoris inimicus. Qualis
eſt animi tinea, aut quæ cogitationum tabes,
quanta rubigo, zelare in altero vel virtutem eius,
licitatem, id eſt, odiſſe in eo vel merita propria,
neficia diuina, in malum proprium bona aliena
tere, illuſtrium proſperitate torqueri, aliorum
facere ſuam pœnam, & velut quoſdam pectori
mouere carnifices, cogitationibus, & ſenſibus
bere tortores qui ſe inteſtinis cruciatibus
cordis ſecreta maleuolentiæ vngulis pulſent.
bus talibus lætus, non potus poteſt eſſe iucundus
ratur ſemper, & gemitur, & doletur. Cumque
dis nũquam liuor exponitur, diebus, ac noctibus
obſeſſum ſine intermiſſione laniatur.

Mala cætera habent terminum, & quodcumque
Inuidia peccatũ eſt ſine fine. linquitur, delicti conſummatione finitur: zelus
num non habet, permanens iugiter malum, &
peccatum eſt. Quantoque ille, cui inuidetur,
Inuidi deſcriptio. meliore profecerit, tantò inuidus in maius
liuoris ignibus inardeſcit. Hinc vultus minax,

aſpectus, pallor in facie; in labiis tremor; ſtridor in dentibus; verba rabida; effrænata conuitia; manus ad cædis violentiam promptæ, etiamſi gladio interim vacuæ, odio tamen furioſæ mentis armatæ. Quicumque ergo es inuidus, & malignus, videris, quàm ſis eis, quos odiſti, inſidioſus, pernicioſus, infeſtus, nullius tamē magis, quàm tuę ſalutis inimicus es. Quiſquis ille eſt, quē zelo perſequeris, ſubterfugere, & vitare te poterit, tu te fugere non potes; vbicumque fugeris, aduerſarius tuus tecum eſt. Hoſtis ſemper in pectore tuo eſt, pernicies intus incluſa eſt; ineluctabili catenarum nexu ligatus, & vinctus es; zelo dominante captiuus es, nec ſolatia tibi vlla ſubueniunt. Perſeuerans malum eſt, hominem perſequi ad Dei gratiam pertinentem: calamitas ſine remedio eſt, odiſſe felicem. Et idcirco, fratres dilectiſſimi, huic periculo conſulens Dominus, ne quis zelo fratris in laqueum diaboli incurreret, cùm eum diſcipuli interrogarēt, quis inter illos maior eſſet: Qui fuerit, inquit [a], minimus in omnibus vobis, hic erit magnus: amputauit omnem æmulationem reſponſo ſuo, omnem cauſam, & materiam mordacis inuidiæ eruit, & abſcidit.

Inuidus nullius magis quā ſuæ ſalutis eſt inimicus.

Odiſſe felicem, calamitas ſine remedio eſt.

a Matth. 5.

Diſcipulo Chriſti zelare non licet, nō licet inuidere. Exaltationis apud nos non poteſt eſſe contentio: de humilitate ad ſumma creſcimus; didicimus vnde placeamus. Denique & Apoſtolus Paulus inſtruens, & docēs, vt qui illuminati Chriſti lumine tenebras nocturnæ conuerſationis euaſimus, in factis atque operibus luminis ambulemus, ſcribit, & dicit [b]: Nox tranſiuit, dies autem appropinquauit: abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, tanquam in die decenter ambulemus. Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in concupiſcentiis, & impudicitiis, non in certaminibus, & zelo. Si receſſerunt de pectore tuo tenebræ, ſi nox inde diſcuſſa eſt, ſi caligo deterſa eſt, ſi illuminauit ſenſus tuos ſplendor diei; ſi homo lucis eſſe cœpiſti, quę ſunt Chriſti ſequere; quia lux & dies Chriſtus eſt. Quid in zeli tenebras ruis? Quid inuidiæ cæcitate omne pacis, & charitatis lumen extinguis? Quid ad diabolum, cui renuntiaueras, iterum redis?

Diſcipulo Chriſti non licet inuidere.

b Rom. 13.

Venena fellis euome; diſcordiarum virus exclude; purge-

Quomodo curanda inuidia ſit.

purgetur mens, quam ſerpentinus liuor infecerat. Ama-
ritudo omnis, quæ intus inſederat, Chriſti dulcedine
niatur. Si de ſacramento crucis, & cibum ſumis, & po-
tum, tibi in veritate proficiat ad mulcendi pectoris
tatem; nec ad medelam proſperãdæ valetudinis labores
Vnde vulneratus fueras, inde curare. Ama eos, quos
te oderas; dilige illos, quibus iniuſtis obtrectationibus
inuidebas. Bonos imitare, ſi potes: ſi ſectari non po-
collætare certè, & gratulare melioribus. Fac te illi
nata dilectione participem, fac te conſortio chari-
& fraternitatis vinculo cohæredem. Dimittentur
debita, quando tu ipſe dimiſeris. Accipientur ſacrificia
cum pacificus ad Deum veneris. Senſus atque actus
diuinitus dirigentur, quando ea, quæ diuina & iuſta
a Prouerb. 16. cogitaueris; ſicut ſcriptum eſt [a]: Cor viri cogitat
& à Deo dirigentur greſſus eius. Habes autem
quæ cogites; paradiſum cogita; cogita cœleſte regnum
ad quod non niſi concordes, atque vnanimes Dominus
admittit; cogita quod filij Dei hi ſoli poſſint vocari
ſint pacifici, qui natiuitate cœleſti, & lege diuina
militudinem Dei Patris, & Chriſti reſpondent ad-
b in Hom. de inuid. Nihil mortalium animis, vt D. Baſilius inquit [b], in-
diæ perturbatione pernicioſius contingit: quę
nia ipſi nocet auctori; aliis verò quàm minimum.
Inuidia quid ſit. enim inuidia dolor de proximi proſperitate, ac
ſucceſſu conceptus. Quapropter animo inuidioſo
quam triſtitia, nunquam mœſtitia deeſt. Quid igitur
hoc morbo pernicioſius? Interitus vitæ, peſtis naturæ,
aduerſa omnibus bonis ex Deo venientibus, Deo
ipſi Deo contraria. Quamobrem, fratres dilectiſſimi, in-
uidiam fugiamus, pugnæ in Deum magiſtram, homici-
dij matrem, naturę confuſionem, amicitię ac famili-
tatis expertem, calamitatē abſurdiſſimam. Quid
homo angeris, qui nihil mali paſſus es? Quid
contendis, aut quid eum petis in quibuſdam bonis
ſtentem, qui de tuo nihil detrahit; aut minuit. Sapiens
Inuidi familiaritas fugienda. profectò fuerit, quicumq; cum inuidioſo minime con-
greditur, aut conuerſatur, nec etiam in eadem eſſe
c Prouerb. 23. eo menſa ſtudet, dicente Salomone [c]: Ne comedas cum
homine inuido, & ne deſideres cibos eius: quoniam

comede & bibe dicet tibi, & mens eius non eſt tecum. Non Ægyptio vir Scytha inuidebit, ſed ſuę genti quilibet. Et in eadem gente non ignotis, ſed familiaribus, & vicinis, & eiuſdem artis hominibus, aut alia de cauſa coniunctis; & his denique coæuis, cognatis, & fratribus: & omnino vt erugo frumenti eſt vaſtatio, ſic inuidia amicitiæ peſtis. *Inuidia amicitiæ peſtis.*

Fugiamus ergo, fratres, intolerabile malum Serpẽtis, id eſt præceptum, diaboli inuentum, inimici ſatio, punitionis arrabo, pietatis impedimentum, via ad gehennã, regni cœlorum priuatio. *Inuidiæ vituperatio.* Quid ergo faciendum, vt hanc animi peſtem ab initio minimè quidem patiamur, aut in ea forſaſſe affecti, facilè liberemur? Primùm quidem *Remedia aduerſus inuidiã.* ſi nihil rerum humanarum magnũ aut ſupra inuidiam exiſtimemus: Non enim in rebus fluxis bonum conſtituimus, ſed ad ſempiternorum & verorum bonorum participationem vocati ſumus. Itaque nec diues æmulandus eſt propter diuitias, nec potens ob dignitatis, ac magiſtratus culmen, nec fortis ob corporis robur, nec eloquens ob dicendi facultatem: inſtrumenta ſunt hæc virtutis rectè vtentibus, nihil per ſe veræ felicitatis habentia. Miſer eſt, qui his abutitur; non aliter quàm qui in pugna contra inimicos enſem corripiens, in ſe, ac interitum ſuum conuertit. Omnino autem qui res humanas rationi ſubiecerit, & ad veram pulchritudinem, laudemque ſe conuerterit, multum abfuerit ab eo, vt in rebus terrenis, & fluxis quenquam putet eſſe felicem, & æmulandum. Qui verò ita fuerit animatus, vt nihil vſquam humanũ admiretur, huic proculdubio dominari inuidia nullo modo poterit. *Quis ab inuidia immunis eſſe cenſeatur.* Si quis verò ita gloriæ cupidus fuerit, vt omnes antecellere cupiat, nec ſecundas facilè patiatur, maximam profectò occaſionem, cauſamque inuidiæ dabit.

Funditus igitur eã vndiq; euellamus, illud (D. Chryſoſtomi ſententiam ſecuti [a]) penſantes, quod quemadmodum offendimus Deum alienis tabeſcentes bonis, *a Hom. 44. ad popul.* ita placemus gratulantes, & noſmetipſos participes facimus bonorum benemerẽti repoſitorum. Et propterea Paulus dicit [b]: Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus: *b Rom. 12.* vtrinque magnum lucremur emolumentum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cogitantes itaque quod licet non laboremus, ſed la-
ranti condelectemur, illius coronarum efficimur par-
cipes. Omnem eijciamus inuidiam, & in animabus no-
Quantam malorum iliadem inuidia produxerit, quam habet idem Chryſoſt. Hom. 63. in Ioan.
ſtris charitatem plantemus. Graue quid inuidia, que
& ſimulatione plenum, hoc mundũ innumeris mi-
malis. Ex hoc morbo litibus plena ſunt tribunalia
hoc liuores, & pecuniarum amor, ambitio, & ina-
gloria. Hinc vrbes obſidentur, & mare piratis in-
hinc per orbem cædes: hinc genus noſtrum diſſi-
eſt. Quodcumque malum videris, ex hac radice pro-
citur. Iam enim & in eccleſias irrepſit, atq; debac-
eſt. Et prius innumera patrauit mala: hoc auari-
a Chryſoſt. in d. Hom. 44. ad pop.
rit, vitium omnia confundens, & iuſtitiam corrupe-
Quod ſcientes, huius, quæſo, vitij peſtem fugiam-
totis viribus ex noſtris relegemus animis. Omni-
enim vitiorum hoc eſt pernicioſiſſimum, & ipſam ſa-
lutem noſtram ſuper omnia vaſtat. Improbi
diaboli eſt inuentum. Quocirca nec aberrauerit qui
Inuidia filia diaboli.
hanc diaboli filiam appellans, & poſt hæc inanis g-
fructum, quin & radicem. Et propterea Sapiẽs qu-
b Sapient. 2.
dicebat[b]: Inuidia verò diaboli introiuit mors in orbem
terrarum. Poſtquam enim vidit hæc improba beſtia
ctum immortalem protoplaſtum, per propriam
tiam eum in mandati præuaricationem induxit, &
eam fecit, vt mortis pœnam attraheret. Itaque inuidia
deceptionem fecit, inobedientiam deceptio, mortem
c Chryſoſt. Hom. 45. ad popul.
inobediẽtia. Propterea ergo dicit: Inuidia diaboli mors
intrauit in mundum[c].

Inuidia quomodo curanda ſit. CAP. XL.

SI quis autem ſemel notatus fuerit inuidiæ, vel co-
tentionis vitio, & rurſus in hoc ipſum inci-
ſciat ſe primam cauſam, ex qua inuidia, vel co-
d c. 1. de pœnit. diſt. 2.
tentio naſcitur in interioribus medullis habere rec-
ditam, iuxta octauę Synodi generalis declarationem.
Inuidia quomodo ſit curanda.
Oportet ergo eum per contraria, atque diuerſa cura-
id eſt, per humilitatis exercitium. Exercitia verò humi-
litatis ſunt, ſi ſe vilioribus officiis ſubdat, & miniſteriis
indignioribus tradat. Ita namq; arrogantiæ, & humanæ
gloriæ vitium euitari, & curari poterit, vt in conſue-
da-

dinem humilitatis affectus vltra iam non incidat in arrogantiæ, & vanæ gloriæ delictum; ſed in ſingulis huiuſmodi vitiis cura ſimilis adhibeatur.

In concilio verò Aquiſgranenſi primo, à quo Canonicorum viuendi regula compoſita, & edita fuit ex diuerſis D. Gregorij Papæ locis de inuidis, & proteruis ſubditis hæc conſtitutio promanauit[a]: Plerumque ſubditi ſub paſtorali regimine conſtituti, dum valde de ſe elati præſumunt, exprobrando cæteros dedignantur, dũ ſingulariter ſumma exiſtimant cuncta, quæ agunt. Subtiliter itaque ab arguente diſcutienda ſunt opera proteruorum, vt, in quo ſibi placent, oſtendantur, quia Deo diſplicent. Tum proteruos melius corrigimus, cùm ea, quæ bene egiſſe ſe credunt, malè acta monſtramus; vt vnde adepta gloria creditur, inde vtilis confuſio ſubſequatur. Nonnunquam verò cùm ſe vitium proteruiæ minimè perpetrare cognoſcunt, compendioſius ad correctionem veniunt, ſi alterius culpæ manifeſtioris, & ex latere requiſitę improperio confundãtur, vt ex eo quod defendere nequeunt, cognoſcant, ſe tenere improbè, quod defendunt[b].

a cap. 105.

Subditi inuidi quomodo argui, & corrigi debeant.

b Greg. in paſtoral. lib. 3. cap. 9.

Admonendi autem ſunt inuidi, vt perpendant quãtæ cæcitatis ſunt, qui alieno profectu deficiunt, aliena exultatione contabeſcunt: quantæ infelicitatis ſunt, qui melioratione proximi deteriores fiunt, dumq; augmenta alienæ proſperitatis aſpiciunt, apud ſemetipſos anxiè afflicti cordis ſui peſte moriuntur. Quid iſtis infelicius, quos dum conſpecta felicitas afficit, pœna nequiores reddit! Aliorum verò bona, quæ habere non poſſunt, ſi diligerẽt, ſua feciſſent. Noſtra nimirum ſunt bona aliorum, quæ etſi imitari non poſſumus, amamus in aliis: & amantium fiunt, quæ amantur in nobis. Hinc ergo penſent inuidi, charitas quantæ virtutis, quæ alieni laboris opera, noſtra ſine labore facit. Dum ſe inuidi à labore minimè cuſtodiunt, in antiquam verſuti hoſtis nequitiam demerguntur. Dicendum eſt inuidis, dum ſe illa intrinſecus peſte conſumunt, etiam quicquid in ſe aliud boni habere videntur, interimunt.

Cœcitas, et infelicitas inuidorum.

Admonendi ſunt quoq; beneuoli, vt ſic alienis bonis congaudeãt, quatenus habere & propria concupiſcant.

Beneuoli quomodo ſint monendi.

Sic

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sic proximorum facta diligendo laudent, vt ea [illegible] imitando multiplicent. Valde quippe peccamus, ſi [illegible] na bene geſta non diligimus: ſed nihil mercedis [illegible] mus, ſi ea, quæ diligimus, in quantum volumus [illegible] imitamur. Itaque beneuoli, cùm proximorum [illegible] conſpiciunt, ad ſuum cor redeant, & de alienis a[illegible] non præſumant, ne bona laudent, & agere recuſ[illegible]

a Greg. d. lib. cap. 11.

b ſerm. 83. de temp.

D. verò Auguſtinus de hac inuidia verba faci[illegible] Sicut, inquit, erugo ferrum; ita inuidia ipſam a[illegible] in qua eſt, interimit, & conſumit. Et ſicut aiunt [illegible] dilacerato, & dirupto illo ipſo materno vtero, [illegible] conceptæ ſunt, naſci: ita & inuidiæ natura illam [illegible] animam, à qua concepta eſt, & conſumit, & [illegible] Quanta rubigo zelare in homine donũ Dei, & [illegible] opprobrio bona aliena conuertere, aliorum glori[illegible] cere pœnam ſuam, velut quoſdam pectori ſuo [illegible] uere carnifices; cogitationibus, & ſenſibus ſuis a[illegible] tortores, qui ſe inteſtinis cruciatibus lacerent.

Crudelitas, & ſæuitia inuidiæ.

c lib. 3. de vita contemp. cap. 9.

Inuidi bonorũ merita inuidẽdo ſua faciunt eſſe peccata.

Inuidorũ qualia ſint ſtudia, & conatus.

D. verò Proſper [c] oſtendens qualiter inuidi ſa[illegible] uentium merita, ſua faciant inuidendo peccata; & [illegible] tum in iis bonum corrumpat inuidia, qui quicqu[illegible] fieri, vel dici à ſanctis au[illegible]dierint, aut omnino non [illegible] dunt, aut res bene geſtas in malum, malè interpre[illegible] conuertunt: Omne, inquit, malum, quod de illis [illegible] viuentibus mendax fama iactauerit, ſtatim, tanqu[illegible] ipſi viderint, credunt: Feraliter eis, qui illud verum [illegible] eſſe probare voluerint, contradicunt. Omnia ſiu[illegible] lis fingunt, eorum profectu deficiunt, odia intra ſe [illegible] ſcondunt, & in ſuos cruciatus enutriunt, proficien[illegible] inuident, peccantibus fauent. De bonorum mali[illegible] dent, de profectibus lugent, de inimicitiis gra[illegible] dent, deprehendi pectoris ſui malitiam timent; [illegible] amari, nunquam certi, amici diaboli, inimici a[illegible] Inter amicos diſcordias ſeminant: diſcordantes a[illegible] pus, ſi poſſunt, in diſſenſione confirmant. Opi[illegible] bonorum mendaciis decolorant, in ſpiritualibus [illegible] lia laudant, vt ſpiritualia bona eis deeſſe perſua[illegible] Amicitias ſimulant, vt eos, qui ſe incautè ſibi com[illegible] ſerunt, qua poſſunt arte decipiant: odiorum ſibi o[illegible] ſiones prauis ſuſpicionibus coacceruãt. Dæmones [illegible]

ru[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rum ſectantur facta lętificant: ſanctos viros, quibus ſunt noti contriſtant, velut amici in obſequio, hoſtes in animo: continentes in verbo, turpes in facto: prodigi ſecretorum; tenaces malorum: prompti ſuſpicionum malarum; inanes bonorum: Pleni ſordium; præditi fraudibus; aduerſarij corde virtutibus; praui moribus, & inſidioſi cunctis ſecum in ſimplicitate viuentibus. Hæc, & his ſimilia ſunt, quæ omnes inuidos bonis voto, ſiue animo inimicos oſtendunt. Conſiderate, obſecro, qualiter inuidos punitura ſint mala ſua, quos etiam bona puniunt aliena. Vbi iſti fieri poterunt boni, qui ſunt in bono mali? aut quando bene malis vſuri ſunt, qui male bonis vti non deſinunt? Item bonis vtitur inuidus male, quia omnibus bonis, quę miſer execratur, adiunctus, animi ſui ſupplicio relinquetur affligendus. Et quis ei poterit ſubuenire, qui ſe ſibi exhibet inuidendo carnificem: aut vnde ſibi parabit ſalutem, qui de ſalutis materia (bonis malè vtendo) facit perniciem?

Inuidus bonis vtitur male.

Inuidus ſibi eſt carnifex.

D. verò Ambroſius clericis ſuis ſcribens[a]: Sit inter vos, inquit, Dei zelus, non iſte humanus, quem inuidia generat; ſit inter vos pax, quæ ſuper omnem ſenſum eſt: amate vos inuicem. Nihil charitate dulcius; nihil pace gratius: & vos ipſi ſcitis, quod præ cæteris vos ſemper dilexi, & diligo: quaſi vnius patris filij coaluiſtis in affectum germanitatis. Quæ bona ſunt tenete; & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum in Domino IESV, cui eſt honor, gloria, & magnificentia.

a *lib. 2. offic. cap. vlt.*

Qualis inter clericos debeat eſſe zelus.

SPECV-